[c] Ἤδη γὰρ οἶδά τινας ἐν βεβήλοις καὶ ἀκαθάρτοις χωρίοις, ἐν οἷς ὅτε [f] πατρὸς ὅτε μητρὸς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν οἰκείων πρεσβύτου τινὸς εὖ βεβιωκότος ἄξιον μεμνῆσθαι, διομνυμένους, καὶ ὅλας ῥήσεις ὅρκων ζυνείροντας, τῷ τοῦ θεοῦ [g] πολυωνύμῳ χρησαμένους ὀνόματι ἔνθα μὴ δεῖ, πρὸς ἀσέβειαν. Ὁ δὲ τῶν λεχθέντων ἀλιγώρως ἔχων, ἴσως τὸ μὲν πρῶτον μικρὸς καὶ ἀκάθαρτος ὤν· εἶθ' ὡς αἰεὶ αἱ μέγιστα τῶν τιμωριῶν ἐφεδρεύουσιν αὐτῷ, τῆς ἐφόρου τῶν ἀνθρωπείων δίκης ἀτρέπτως καὶ ἀπαρηγορήτως ἐπὶ τοῖς ἔτω μεγάλοις [i] ἀδικήμασιν ἐχούσης· ἤ τις ὅταν μὴ πραχρῆμα κολάζειν ἄξιοῖ, ἐπὶ πολλῷ δανείζειν ἔοικε τὰς τιμωρίας,

[a] προσέχοντα, &c.] Additur in margine codicis Unius, τὴν γνώμην σου, μηδὲ ἐπιμελουμένου, &c. cui etiam ſuffragatur Chriſtophorſonus.

[b] τὰ μὲν αὐτῶν, &c.] Forſan ſcribendum, τὰ ὑπερήμαζα τῶν λόγων, *verborum defectus juramentis ſupplentes*. Vide D. Paulum 1 Cor. xvi. 17. & 2 ep. ix. 12.

[c] τάτ'] Scribe πάντ'.

[d] αἰσχρῶν] Johannes Monachus, à quo hæc citantur, tit. περὶ βλασφημούντων· habet, ὁσίων καὶ βλασφήμων. His vero conſimilia ſcripſit D. Jacobus iii. 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα· οὐ χρὴ αὕτη γόμαλι ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα.

[e] ἤδη] Nonnulli Codices οἶδα, & forſan rectius. Supra enim ſæpius uſurpatum à Philone, οἶδα γὰρ οἶδα. Idque Ipſi ſolenne rei indignitatem exaggerare cupienti.

[f] ὅτι] Ita MS. Med. pro ἤ.

[g] πολυωνύμῳ] Forſan πολυσήμῳ, vel πανσήμῳ.

[i] ἀδικήμασιν] Melius, ut videtur, ἀσεβήμασιν.

ἂς ὅταν ᾖ καιρὸς, ἀναπράττηται μὴ τὸ κοινῇ συμφέρον τῷ.

Τέταρτόν ἐστι τὸ περὶ τὴν ἱερᾶς ἑβδόμης, ἵν' ὁσίως καὶ ὁσίως ἄγηται. Ταύτην ἔνιαι μὲν τῶν πόλεων ἑορτάζουσιν ἅπαξ τοῦ μηνὸς, ἀπὸ [k] τῆς νουμηνίας ἀριθμοῦντες, τὸ δ' Ἰουδαίων ἔθνος συνεχῶς, [l] ἓξ ἀεὶ λειπούσης αἰεί. Λόγος δ' ἐστὶν ἀναγεγραφὼς ἐν τοῖς περὶ κοσμοποιΐαν, περιέχων αἰτίαν ἀναγκαίαν· ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις φησὶ γεγενῆσθαι τὸν κόσμον· τῇ δ' ἑβδόμῃ παυσάμενον τῶν ἔργων τὸν θεὸν, ἄρξασθαι τὰ γεγονότα καλῶς θεωρεῖν. Ἐπέλαβεν οὖν καὶ τοὺς μέλλοντας ἐν ταύτῃ ζῆν τῇ πολιτείᾳ, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ κατὰ τοῦτ' ἕπεσθαι θεῷ, πρὸς μὲν ἔργα τρεπομένους ἐφ' ἡμέρας ἓξ, ἀνέχοντας δὲ καὶ φιλοσοφοῦντας τῇ ἑβδόμῃ, καὶ θεωρίαις μὲν τοῦ φύσεως σχολάζοντας· ἐπισκοποῦντας δὲ καὶ εἴτι μὴ καθαρῶς ἐν τοῖς προτέραις ἐπράχθη, λόγον καὶ δίκην ὧν εἶπον ἢ ἔδρασαν παρ' ἑαυτῶν λαμβάνοντας ἐν τῷ τῆς ψυχῆς βουλευτηρίῳ· ζητουμένων καὶ ζητεταζόντων τοὺς νόμων, εἴς τε τὸ τῶν παρορασθέντων κατόρθωσιν, καὶ πρὸς τὸ μηδὲν αὖθις ἐξαμαρτάνειν προφυλακήν. Ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς ἅπαξ καταχρήσατο ταῖς ἓξ [m] ἡμέραις πρὸς τὴν τοῦ κόσμου τελείωσιν, μήκους χρόνων οὐ προσδεόμενος· ἀνθρώπων δ' ἕκαστον, ἅτε θνητῆς φύσεως μετέχων, καὶ μυρίων ἐνδεὴς ὢν πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας, ὀφείλειν μὴ καταλείπειν ἐκπορίζειν τὰ ἐπιτήδεια μέχρι τελευτῆς τοῦ βίου, παραπαύομενον τὰς ἱερὰς [o] ἑβδομάδας. Ἆρ' οὐ παγκάλη παραίνεσις, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἱκανωτάτη προτρέψασθαι, καὶ παραφερόντως εἰς εὐσέβειαν; Ἕπου, φησὶν, αἰεὶ θεῷ· παράδειγμα προθεσμίας ἔχω σοι πράξεων ἓν [p] ἐξαμέρου αὐταρκέσαντα, ἐν ᾧ τὸν κόσμον ἐδημιούργει. Παράδειγμα καὶ τοῦ δεῖν φιλοσοφεῖν
p. 759. ἡ ἑβδόμη, καθ' ἣν ἐπιδεῖν λέγεται ἃ εἰργάσατο, ὅπως καὶ αὐτὸς ἐπιθεωρῇς τὰ φύσεως καὶ τὰ ἴδια ὅσα ζωτείνῃ πρὸς εὐδαιμονίαν. Τοιοῦτον ἓν ἀρχέτυπον τῶν ἀρίστων βίων, πρακτικοῦ τε καὶ θεωρητικοῦ, μὴ παρέλθωμεν· ἀλλ' αἰεὶ πρὸς αὐτὸ βλέποντες, ἐναργεῖς εἰκόνας καὶ τύπους ταῖς ἑαυτῶν διανοίαις ἐγχαράττωμεν, ἐξομοιοῦντες θνητὴν φύσιν, ὡς ἔνεστιν, ἀθανάτῳ, καὶ τὸ λέγειν καὶ πράττειν ἃ χρή. Πῶς οὖ

simul atque peccatum est à quopiam, pœnas ab eodem sumit, supplicia multo fœnerat, quæ cùm tempestivum fuerit, ex usu Reipublicæ à debitore exiget.

Quartum præceptum de feriis diei septimi agit, docetque eas purè ac sanctè transmittendas esse. Has nonnullæ civitates semel in mense celebrant, à novilunio *diem septimum* numerantes; at Judæi sex interjectis diebus, septimum continenti quodam circulo festum agunt. Cujus rei causa perquàm manifesta deprehenditur ex ipsa conditi orbis historia. Siquidem ea mundum sex diebus creatum esse docet: septimo autem feriantem ab omni opere Deum cœpisse, quæ bellè condidisset intueri. Igitur præceptum tradit iis, qui in hac republica versaturi essent, ut quemadmodum cæteris in rebus, ita hîc quoque Deum sequentes ducem, operibus per sex dies incumberent, septimo quiescerent, seque sapientiæ studio traderent, speculationi rerum naturalium vacarent, dispicerent etiam num quo se scelere superioribus diebus inquinassent: denique à se rationem dictorum factorumque in animæ concilio, diligenter exigerent, legibus etiam ad concessum & examen adhibitis, ut errata emendentur, ac ne iterum ullum in se scelus admitterent, in posterum caveatur. Sed dierum sex usuram Deus in mundi consummationem semel contulit, spatio temporis nihil opus habens. Homines etiam, quorum fors mortalis & caduca, ad necessarios vitæ usus plurimis egent, ad extremum usque vitæ actum ne defugiant comparare quæ ad vitam degendam necessaria sunt, sacris feriis septimo quoque die intercalatis. An non præclara hæc exhortatio, & quæ plurimùm valeat ad animos cùm ad alias virtutes, tum maximè ad pietatem incitandos? *Semper*, inquit, *Deum sequere*. Sex illud dierum spatium, quo mundum architectatus est Deus, exemplar idoneum tibi sit temporis obeundis negotiis destinandi. Septimus verò dies, operæ philosophicis speculationibus impendendæ *documentum*: quo inspexisse dicitur Deus quæ condiderat, ut & ipse intelligas tum naturæ opera, tum tua quæcunque ad felicitatem contendunt, tibi contemplanda esse. Ab hoc igitur vitæ utriusque laudatissimæ archetypo, tum ejus quæ in actione, tum quæ in contemplatione versatur, ne oculos unquam removeamus: sed ad ipsum assiduè respicientes, nostris ipsorum mentibus illustres imagines ac formas insculpamus, mortalem naturam im-

[k] τῇ κατ' ἐὴν νουμηνίας] MS. Trin. κατ' ζ, scil. secundum septimum diem, ut Christophorsono videtur; vel melius forsan, verborum ordine mutato, τῇ νουμηνίας κατ' ζ. Et tum sensus erit. Judæos septenarium quemque solemnitati dicare, gentes reliquas septimum cujusvis Lunæ diem. Cujus moris extat documentum apud Eusthath. in Homer. Odyss. Δ. Ἀπόλλωνος ἱερὰ πᾶσα νουμηνία, καθὰ καὶ ἡ Β σιλληακὴ μηνὶς ἑβδόμη, ὡς γραῦλιος Ἀπόλλωνος.

[l] ἓξ] Omnino adde ἡμέρας.

[m] ἡμέραις] Restitui ex MSS. Vat. Coisl. & Aug.

[o] ἑβδομάδας] Scribe ἑβδομὰς. Sic etiam emendandus Noster infra lib. de Sept. p. 1178. & sæpius alibi.

[p] ἐξαμέρου] Ex loci contextu, tacentibus licet MSS. omnino scribendum ἑξαήμερον, sicut etiam Christophorsono placet.

mortali, quoad fieri poteſt, dictis factiſque præclaris aſſimilantes. Qua verò ratione dicatur ſex diebus conditus à Deo mundus, cùm ei nihil planè temporis ſpatio ad agendum opus ſit, tractata alibi allegoria demonſtratum eſt.

Prærogativa certè, quàm in rerum natura ſeptenarius habet, oſtenſa ab iis eſt, qui diſciplinas pertractando ipſum diligenter accurateque veſtigarunt. Eſt enim *ſeptenarius* in numeris virgo, natura matris expers, unitati & imperio cognata, planetarum idea: ſiquidem inerrantis orbis unum idea eſt; uno enim ſeptenarioque incorporeum illud cœlum conſtat, quod aſpectabilis exemplar eſt. Porrò ex individua dividuaque natura concretum eſt ipſum cœlum: ſed individua quidem natura primam ac ſummam inerrantemque converſionem ſortita eſt: dividua autem vi atque ordine ſecundam. Illi unum præeſt, hanc moderatur ſeptenarius, quæ ſexies diviſa ſeptem errones, quos vocamus, effecit, ita dictos, non quòd quicquam eorum, quæ in cœlo ſunt, & naturam habent divinam ac beatam, ullo modo deerret, cùm nihil æquè expers erroris ſit: ſiquidem illa perpetua quadam ſibiquè ſimili vertigine ævum velut glomerant, nec unquam à ſuo deflectunt evariantque curriculo: ſed potius quòd motu circumagantur ipſi individuo extimoque orbi contrario, erratici impropriè vocantur à vanis hominibus, ſuum ipſorum errorem ad cœleſtia referentibus: quæ tamen in illa divina acie ordinem nunquam deſerunt. Ob hæc igitur, aliaque item plura, magno in honore ſeptenarius habetur. Veruntamen non aliunde tanta eidem prærogativa eſt, quanta ex eo quòd in primis conditorem, parentemque univerſorum ſpectandum exhibet. In hoc enim quaſi ſpeculo intuetur humana mens Deum molientem procreantemque univerſa, & eadem moderantem.

Jam verò ubi de die ſeptimo actum eſt, quintum præceptum traditur, quod eſt de colendis parentibus, eique locus attribuitur in confinio utriuſque quinarii. Hoc igitur prioris quinarii poſtremo loco poſitum, in quo erga Deum officia *continentur* alteri annectit, qui jura erga homines complectitur. Ejus verò rei cauſa, ut equidem opinor, hæc eſt: Parentum natura eſſentiæ mortalis immortaliſque quoddam velut confinium eſt: mortalis, propter corpora ipſorum fluxa & cum

λέγεσθαι ἐν ἓξ ἡμέραις γεγονῆσαι τὸν κόσμον ὑπὸ θεοῦ, τῷ μηδὲ χρόνῳ εἰς τὸ ποιεῖν δεομένῳ, μεμήνυται διὰ τῶν ἀλληγορηθέντων [q] ἐν ἑτέροις.

Τῷ μὲν οὖν πρωτομίαν, ἧς ἐν τοῖς ὕσιν ἑβδομὰς ἠξίωται, δηλοῦσιν οἱ περὶ τὰ μαθήματα διαπεπονηκότες, ἀπεμελῶς πάνυ καὶ παρορισμένως αὐτῷ ἐξηκριβωκότες. Ἥδε γάρ ἐστιν ἡ ἐν ἀριθμοῖς παρθένος, ἡ ἀμήτωρ φύσις, ἡ μονάδος οἰκειοτάτη καὶ ἀρχῆς, [r] ἡ ἰδέα τῶν πλανητῶν· ἐπεὶ καὶ τὸ ἀπλανὲς [s] σφαῖρας μονάς· ἐκ μὲν μονάδος καὶ ἑβδομάδος ἀσώματος, τὸ παράδειγμα τοῦ ὁρατοῦ. Πέπηγε δ' ὁ ὁρατὸς ἔκ τε ἀμερίστου φύσεως καὶ τῆς μεριστῆς· ἡ μὲν ἓν ἀμέριστον τῷ πρώτῳ καὶ ἀνωλάτῳ καὶ ἁπλανεῖ [t] περιφορὰν εἴληχεν, ἣν μονὰς ἐπισκοπεῖ· ἡ δὲ μεριστὴ τῷ καὶ δυνάμει καὶ τάξει δευτέρων, ἧς ἐπιπροσθεῖ ἑβδομὰς, ἥτις ἐξαχῇ διανεμηθεῖσα, τοὺς ἐπικαλουμένους ἀπλανὴ [u] πλανήτας εἰργάσατο· οὐκ ἐπειδὴ πεπλάνηταί τι τῶν κατ' ὁρατὸν, θείας καὶ μακαρίας καὶ εὐδαίμονος φύσεως μετεσχηκότων, οἷς πᾶσι τὸ ἀπλανὲς οἰκειότατον. Τῷ γὰρ ἐν ὁμοίῳ ταυτότητα σώζοντι, δολιχεύει τὸν αἰῶνα, μηδεμίαν ἐνδεχόμενα τροπὴν καὶ μεταβολήν· ἀλλ' ὅτι καὶ [v] περιπολοῦντα ἐναντίως τῇ ἀμερίστῳ καὶ ἐξωλάτῳ σφαίρᾳ, πλάνητες ὠνομάσθησαν ὑπὸ κυρίως, ὑπ' ἀνθρώπων ἑκαστέρων, οἳ τὴν ἰδίαν πλάνην τοῖς θείοις ἐπεφήμισαν, οὐ τὴν τοῦ θείου στρατοπέδου τάξιν ἀδεπόδιστοι λείπει. Διὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἔτι πλείω, τετίμηται ἡ ἑβδομάς· ἐπ' ἀδεινὶ δ' ἄτῳ πρωτομίας ἔτυχεν, [x] ἢ τῷ μάλιστα τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἐμφαίνειν διὰ ταύτης. Ὡς γὰρ διὰ κατόπτρου φανταζόμεθα ὁ νοῦς θεὸν δρῶντα καὶ κοσμοποιοῦντα, καὶ τῶν ὅλων ἐπιπροσθοῦντα.

Μετὰ μὲν τὰ περὶ τῆς ἑβδόμης παραγγέλλει τὸ πέμπτον παράγγελμα, τὸ περὶ γονέων τιμῆς· τάξιν αὐτῷ δοὺς τὴν μεθόριον τῶν δυοῖν πενταάδων. Τελευταῖον γὰρ ὂν τῆς πρωτέρας, [y] ἐν ᾗ τὰ ἱερώτατα πρὸς τὸ θεῖον καὶ τῇ δευτέρᾳ ζυγάπτει, περιέχουσι τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια. Αἴτιον δ' ὡς οἶμαι τόδε· τῶν γονέων ἡ φύσις ἀθανάτου καὶ ἀγηράτου οὐσίας ἔοικεν εἶναι [z] μεθόριον· ἀγήρατος μὲν, διὰ τὴν πρὸς τὰ ἱερώτατα πρὸς τὰ θεῖα καὶ τῇ δευτέρᾳ συνάπτει.

[q] ἐν ἑτέροις] Scil. ſupra lib. de Opif. p. 3.
[r] ἡ] Ita MSS. Aug. & Coll. Nov. pro καὶ.
[s] περιφορὰν] Melius σφαῖραν. Supra enim ſcribitur, ἁπλανοῦς σφαίρας· & infra τῇ ἀμερίστῳ καὶ ἐξωλάτῳ σφαίρᾳ.
[t] πλανήτας] Vide lib. iii. de Vit. Moſ. p. 669.
[v] περιπολοῦντα] Scribe περιπολοῦν. Ibidem etiam MSS. habent, ὑπεναντίως.
[x] ἢ] Chriſtophorſonus rectè reponit ὡς.
[y] ἐν ᾗ, &c.] Integrum hunc locum ſic reſtitui ex MSS. In Editis turbata erant omnia. Sic enim ibi ſcriptum, ἐνοῖ τὰ ἱερώτατα πρὸς τὰ θεῖα καὶ τῇ δευτέρᾳ συνάπτει.
[z] μεθόριον] Sic Menander apud Clericum p. 238.
Νέμεσις γαιοῦσιν ἰσοδίους τιμὰς νέμει.
Confimiliter Plato in Convivio p. 206. ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστιν. Ἔστι δὲ τοῦτο θεῖον τὸ προσῆμα, ἐν τούτῳ ἐν θνητῷ τῷ ζώῳ ἀθανασία ἐστὶ, ἡ κύησις καὶ ἡ γέννησις. Hierocles in Aurea Carm. p. 58. ἐνταῦθα δὲ πατέρες—ἐν θνητῇ φύσει τὴν ἀθανάτου συγγενείας εἰκόνας ἡμῖν προβεβλημένους. Theodoret. de Curat. Græc. Affect. ſer. iii. οἷον γάρ τινα ἐπισκιασθεῖσαν ἀθανασίαν ὁ ποιητὴς τῇ θνητῇ φύσει τὴν παιδοποιΐαν ἐχαρίσατο.

ἀνθρώπους

p. 760. ἀνθρώπους καὶ τἄλλα ζῶα ζυγγένειαν, καὶ τὸ ἔμ σώμαλ@· ἔπίκηρον· ἀθανάτῳ δὲ, διὰ τὴν τοῦ γόνιμον πρὸς θεὸν τὸν γονητὴν τῶν ὅλων ἐξομοίωσιν. Ἤδη μέν ἔν τινες τῇ ἑτέρᾳ μερίδι προσκληρώσαντες αὐτὸς, ἔδοξαν τὰ ἑτέρας ὀλιγωρεῖν. Ἄκρατον δὲ ἐμφορησάμενοι τὰ τῆς εὐσεβείας πόθου, πολλὰ χαίρειν φήσαντες τὰ ἄλλας πραγματείας, ὅλον ἀνέθεσαν τὸ εἰκεῖον βίον θεραπείᾳ θεοῦ· οἱ δ' ὑδὲν ἔξω τοῦ πρὸς ἀνθρώπους [a] δικαίων ἀγαθὸν ὑπολυπήσαντες εἶναι, μόνῳ τῷ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλίαν ἠσπάσαντο, τῶν τε ἀγαθῶν τὴν χρῆσιν ἐξ ἴσου πᾶσι παρέχοντες διὰ κοινωνίας ἵμερον, καὶ τὰ δεινὰ καὶ δυώμιν ἀπωθίζειν ἀξιοῦντες. Τούτους μὲν ἂν φιλανθρώπους, τοὺς δὲ πρωτέρους φιλοθέους ἐνδίκως ἂν εἴποι τις, ἡμιτελεῖς τὴν ἀρετήν· ὁλόκληροι γὰρ οἱ παρ' ἀμφοτέροις δοκιμοῦντες. Ὅσοι δὲ μήτ' ἐν τοῖς πρὸς ἀνθρώπους ἐξελάζονται, ζωηδόμῳοι μὲν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἀγαθοῖς, ζωαλγοῦντες δ' ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις, μήτ' εὐσεβείας καὶ ὁσιότητος φείχονται, [b] μεταβεβληκέναι δόξαιεν ἂν εἰς τὴν θηρίων φύσιν· ὧν τὰ ἀγελότητος οἶσον τὰ πρωτεῖα οἱ γονέων ἀλογοῦντες, ἑκατέρας μερίδος ἔνδες ἐχθροὶ, καὶ τοῦ πρὸς θεὸν, καὶ τοῦ πρὸς ἀνθρώπους.

hominibus reliquisque animalibus cognationem: immortalis, ob facultatem procreandi, Deo universorum procreatori similem. Jam sanè quidem nonnulli cùm se alteri parti addixissent, alteram visi sunt habere contemptui. Sincero enim pietatis amore repleti, divino cultui totam vitam dicarunt, aliis negotiis in totum ferè prætermissis. Alii verò nihil in bonis habendum esse rati extra ea, quæ homini ab homine debentur officia, unum modò hominum commercium amplexi sunt, & societatis desiderio capti ex æquo omnes ad utenda fruendaque bona vocaverunt, ac malis remedium, quantum potuerunt, adhibuerunt. Hos quidem certè rerum humanarum, illos divinarum impensè studiosos meritò quis dicat, ac semiperfecta quidem virtute præditos utrosque; eos enim demum numeris omnibus absolutos esse, qui se utrisque probaverint. Quotquot autem neque ullam benevoli animi fidem faciunt, significatione vel lætitiæ, dum bene cedunt res mortalibus; vel doloris, dum malè: neque pietatem & sanctitatem consectantur, videri omnino possint in ferarum naturam degenerasse: ex quibus haud dubiè primas atrocitatis partes ferat is, qui nullam habet parentum rationem, & utramque partem exagitans, Deo pariter hominibusque adversatur.

Ἐν δυσὶν ἂν δικαστηρίοις, ἃ δὴ μόνα ἐστὶν [c] ἐν τῇ Φύσῃ, μὴ ἀγνοεῖτωσαν ἁλωκότες, ἀσεβείας μὲν ἐν τῷ θείῳ, διότι τοὺς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντας, καὶ τοῦτο μιμησαμένους θεὸν, ὑ βλέπουσι· μισανθρωπίας δ', ἐν τῷ κατ' ἀνθρώπους. Τίνα γὰρ ἕτερον εὖ ποιήσουσιν οἱ τῶν συγγενεστάτων καὶ τὰς μεγίστας παρεχημένων δωρεὰς ὀλιγωροῦντες, ὧν ἔνιαι δι' ὑπερβολὴν ὑδ' ἀμοιβὰς ἐνδέχονται; Πῶς γὰρ ἂν ὁ γονηθεὶς [d] ἀντιγονῆσαι δυώιτο τοὺς αἰτίους; κλῆρον ἐξαίρετον τῆς φύσεως χαρισαμένης πρὸς παῖδας γονεῦσιν, εἰς ἀντίδοσιν ἐλθεῖν ὑ δυνάμενον. Ὅθεν καὶ φόβος προσῆκεν ἀγανακτεῖν, εἰ μηδὲ πάντα μέλλοντες ἀντιχαρίζεσθαι, μηδὲ τὰ κυφότατα ἐθελήσουσιν. Οἷς δεόντως ἂν εἴποιμι, τὰ θηρία πρὸς [e] ἀνθρώπων ἡμερᾶσθαι δεῖ· καὶ πολλάκις ἔγνων ἡμερωθέντας λέοντας, ἄρκτους, παρ-

In duobus igitur duobus se tribunalibus, quæ in natura sola sunt, reos peragi, divino humanoque: ac divino quidem, impietatis damnari, quòd qui in rerum naturam ipsum adduxerint, atque hoc ipso Deum imitati sint, eos minimè colat: humano autem, inhumanitatis planè convinci. Nam apud quem beneficium collocabit, qui quos habet arctissima consanguinitate conjunctos, & à quibus amplissimis muneribus affectus est, non rependendis, eos despicit? Qui enim possit quispiam eos vicissim procreare à quibus sit procreatus? Parentibus videlicet eximiam præ liberis sortem largita natura est, ut beneficia conferant, quibus par gratia referri non possit. Quò fit ut meritò indignum censeri debeat, si qui pro omnibus, parem gratiam rependere non possunt, ne pro levioribus quidem velint. His ego dicam jure dicturus, erga homines feras domari oportere: & sæpe quidem ipse incidi in leones, ursos, pardosque ita edomitos, ut non iis

[a] δικαίων] Ita Cod. Med. pro δικαιωμάτων. Sic supra p. 759. τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια· & passim alibi.

[b] μεταβεβληκέναι] MSS. μεταβεβηκέναι, idque, ut opinor, rectius; est enim vox ista Philoni magis familiaris. Lib. de Human. p. 702. ψυχῆς μεταβεβηκυίας εἰς ἀγελότητα καὶ θηρίων φύσιν. Vide etiam de Leg. special. p. 792. μεταβέβηκεν εἰς τὴν θήρειον φύσιν. Vox ista Pythagoreorum de Transmigratione Placitis maximè accommodata.

[c] ἐν] Restitui ex Cod. Med. unde etiam repono μὴ ἀγνοεῖτωσαν. Editi, ἀγνοήσθω ἔτωσαν.

[d] ἀντιγονῆσαι] Vide confimilia ad lib. iii. de Allegor. p. 62. Libet vero hic apponere ex Codice Barocc. Numero. 143. insigne Philonis de hâc re fragmentum, alibi nondum editum, quod forsan ex hoc ipso loco excidit, οἱ γονῆς μεταξὺ θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεώς εἰσι, μετέχοντες ἀμφοῖν. Ἀνθρωπίνης μὲν ὡς ἔστι δῆλον, ὅτι ἐ γεγόνασι καὶ φθαρήσονται· θείας δ, ὅτι γεγόνασι, ἐ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι παρήγαγον. Καὶ ὅπερ εἰμαι θεὸς πρὸς κόσμον, τοῦτο πρὸς τέκνα γονῆς· ἐπειδὴ ὡς ἐκείνου τὸ μὲ ὑπάρχοντι ὑπαρξιν κατεργάσαθ, καὶ ὅτοι μιμήμβροι καθ' ὅσον οἷόν τε) (scribe οἷόν τι) τοῦ ἐκείνου δυώμιν, τὸ γόνιμον ἀθανατίζουσιν. Τοιὰ ἕτερα εὖ ποιήσουσι, &c. Sequuntur ibi reliqua usque ad δυνάμενον.

[e] ἀνθρώπων] Christophorson. reponi vult, ἀνθρώπους, & sic rectiùs. Mox pro δεῖ, forsan scribendum οἶδα.

modò

modò hominibus, a quibus alerentur, tractabiles ſe præberent, quaſi beneficium agnoſcerent, ſed aliis quoque, quòd hos illis ſimiles eſſe cernerent. Decet enim deteriora ſemper ſe ad præſtantiorum æmulationem componere, ad meliorem profectum. Nunc contrà hortati cogor homines, ut ferarum æmulos ſe præbeant: illæ norunt didiceruntque bene de ſe meritis gratiam rependere. Canes domeſtici, ubi periculi aliquid ex improviſo acciderit, pro heris dimicant & morti ſe offerunt. Quinetiam eos, qui tuendis gregibus adhiberi ſolent, aiunt in propugnando grege ad victoriam vel mortem perſeverare, quò paſtores defendant. Annon vero illud maximè pudendum, in reponenda gratia vinci à cane hominem, ab audaciſſima petulantiſſimaque fera animal manſuetiſſimum? Sed ſi nondum ſatis terreſtria nos edocent animalia, ad aërea tranſeamus, unde, quæ par eſt, diſcamus. Ciconiæ, ubi conſenuerunt, nec jam ad volatum vires ſufficiunt, nidis ſe continent. Earum pulli, propè dixerim, terras ac maria circumvolitantes, undecunque parentibus victum quæritant; atque illæ quidem, ita ut eam ætatem decet, quieti ſe tradentes in deliciis degunt & ſumma rerum copia. Hi, quos labores tolerant in ſuppeditando parentibus victu, eos leves planè ducentes, tum pietatis ergô, tum quòd ſe, ubi conſenuerint, uſuros ſperent ſimili natorum officio, neceſſarium debitum in tempore viciſſim exolvunt, accipientes beneficium & reponentes, cum nequeant neque nati ſtatim ab ortu, neque parentes ſub extremum vitæ tempus, victum ſibi parare. Quo fit ut ciconiæ à natura edoctæ antequam è pullis exceſſerint, foveantur à parentibus, poſteaque eoſdem ſenes magna alacritate foveant. An non igitur quotquot curam parentum depoſuerunt, pudore affici, & à ſe ipſis pœnas exigere debent, cùm parvam eorum rationem habeant, quibus vel ſolis vel cum primis proſpectum ab ipſis eſſe oporteat, & in quos non tam confertur beneficium, quàm refertur? Nihil enim habent liberi, quod non idem parentibus acceptum referri debeat, ut quod ipſi de ſuo deciderint, aut cujus quoquomodo liberis auctores fuerint. Ecquid igitur hi pietatem ac ſanctitatem, duas virtutum reginas, intra animos ſuos complexi ſunt? Amandarunt potius & in

δάλεις, ὐ μόνον πρὸς τὰς τρίφονσας Δι᾽ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις χάριν, ἀλλὰ κ᾽ πρὸς τὰς ἄλλας, ἴνικά, μοι δοκῶ, τ᾽ πρὸς ἐκείνας ὁμοιότητ@. Καλὸν γὰρ αἰεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολυθεῖν; Δι᾽ βελτιώσεως ἐλπίδα. Νυνὶ δ᾽ ἀναγκαθήσομαι ταὐναντία λέγειν· μιμηταὶ θηρίων ἐνίων, ἄνθρωποι γίνεσθε· τὰς ὠφεληκότας ἀντωφελεῖν ἐκεῖνα οἶδε καὶ πεπαίδευται. Κυίες [f] οἴκυροι πρυαπτίζυσι κ᾽ πρυαποθνήσκυσι τῶν διαπετῶν, ὅταν κίνδυνός τις ἐξαπυιίως καταλάβοι· τὰς δ᾽ ἐν τ πτοί- p. 761.
μναις φασι πρυαγωνιζομένυς τῶν θρεμμάτων ἄχρι [g] νίκης ἢ θανάτυ πεδιμῆσαι, ὑπὲρ τῦ Δι᾽τηρῆσαι τὰς ἀγελαρχὰς ἀζημίυς. Εἶτ᾽ ἐκ αἰσχρῶν ἐστιν ἄισχιστον, ἐν χαρίτων ἀμοιβαῖς ἄνθρωπον ἡττηθῆναι κυιὸς, τῦ θηρίων θρασυτάτυ τὸ ἡμερώταλον ζῶον; Ἀλλ᾽ εἰ μὴ τοῖς χερσαίοις ἀναδιδασκόμεθα, πρὸς τλὺ πτηνλὺ καὶ ἀεροπόρον μετίωμεν φύσιν, ἀ χρὴ παρ᾽ αὐτῆς μαθησόμενοι. Τῶν [h] πελαργῶν οἱ μὲν γηραιοὶ καταμένυσιν ἐν ταῖς νεοττιαῖς, ἀδυνατῦντες ἱπτασθ᾽· οἱ δὲ τύτων παῖδες, ὀλίγυ δέω φάναι, γῆν καὶ θάλατταν ἅπαντ᾽ πλώμενοι, πανταχόθεν ἐκπορίζυσι τοῖς γονεῦσι τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ οἱ μὲ ἀξίως τ᾽ ἡλικίας ἠρεμῦντες, ἐν ἀφθονίᾳ Δι᾽ελῦσι τῇ πάσῃ τυφῶντες· οἱ δ᾽ τὰς εἰς τ᾽ πορισμὸν κακοπαθείας ἐπελαφιζόμενοι τῷ δίκαιον εἶν, κ᾽ τῷ πρυσδοκᾶν ἐν γήρᾳ τὰ αὐτὰ πείσεσθαι ὑπὸ τῶν ἐγγόνων, ἀναγκαῖον ὄφλημα ἀνεκλίνυσιν ἐν καιρῷ, κ᾽ λαβόντες αὐτὸ κ᾽ ἀπυδιδόντες· ὐ δ᾽ ἕτεροι τρέφειν αὐτὺς [i] δυνάν᾽. παῖδες μὲ ἐν ἀρχῇ τῆς γλώσεως, γονεῖς δ᾽ ἐπὶ τελύτῃ τῦ βίυ. Ὅθεν αὐτοδιδάκλῳ τῇ φύσ᾽ νεοττοτροφηθέντες γηροτροφῦσι χαίροντες. Ἆρ᾽ ὐκ ἄξιον ἐπὶ τύτοις ἀνθρώπυς ὅσοι γονέων ἀμελῦσιν, ἐγκαλύπτεσθ᾽ καὶ κακίζειν ἑαυτὺς, ὠλιγωρηκότας ὧν ἢ μόνον, ἢ πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγκαῖον ἦν πεφροντικέναι; κ᾽ ταῦτ᾽ ὐ διδόντας μᾶλλον ἢ ἀπυδιδόντας; Παίδων γὰρ ὐδὲν [k] ἴδιον, ὃ μὴ γονέων ἐστὶν, ἢ οἴκυθεν ἐπιδεδωκότων, ἢ τὰς αἰτίας τ᾽ κλήσεως πδεχομένων. Εὐσέβειαν δ᾽ κὴ [l] ὁσιότη@ τὰς τ᾽ ἀρετῶν ἡγεμονίδας, ἆρά γ᾽ ἐντὸς ὅρων ἔχυσι τῶν ψυχῶν; Ὑπερορίυς μὲ ὖν ἐλληλάκασι κ᾽ πεφυγαδεύκασι. Θεὸ γὰρ ὑπηρέται πρὸς

[f] οἴκυροι] Ita MS. Med. Editi οἶκυ.
[g] νίκης ἢ] Reſtitui ex Cod. Med.
[h] πελαργῶν] Vulgatum iſtud de Ciconiis memoratur etiam ab Ariſtotele de Animalium Hiſtor. lib. ix. περὶ μὲ ὖν πελαργῶν ὅτι ἀντιτελείφων᾽ ἱστρῆται πδ᾽ πολλοῖς. Unde factum ut Ciconiarum affectus in Proverbium abierit. Vide Platonem in Alcibiad. lib. i. circa finem. Orig. cont. Celſ. lib. iv. p. 228. Ambroſ. in Hex. lib. v. & Suid. v. ἀντιπελαργεῖν.
[i] δυνάν᾽] Vel adde γὸ, vel repone δυνάμενοι.
[k] ἴδιον] Ita Plato de Legibus lib. iv. p. 717. νομίζειν δ᾽ ἀ πάλαι᾽ κ᾽ ἴχ᾽ πάντα τῇ τῦ γεγενηκέναι € θρεψάμενον, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις κ᾽ δυνάμει πᾶσαν, &c. Jure Romano liberi nondum emancipati ita fuerunt in Patris Poteſtate, ut nihil ſuum poſſidere vel ſibi acquirere poterant, nec peculium ejus injuſſu tenere. Sic Caius lib. i. Inſtit. *In Poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus; quod jus proprium civium Romanorum eſt.* Videtur Philo jus iſtud Romanum reſpicere.
[l] ὁσιότη@] Melius forſan ὁσιότη@. Similiter emendandus Noſter ſupra p. 760. δίκαιος κ᾽ ὁσιότη@. Ibi ſcribe ἰσότη@. Utrobique enim agitur de officiis tum in homines, tum in Deum, quorum hæc à pietate, iſta à juſtitia reguntur. Ita etiam p. 877. ἀδίκων ὁσιότη@ λυμαινομένων. Ibi ſcribe ἰσότητα, tum ex MSS. tum ex Euſebio. Vide conſimilem librariorum errorem correctum p. 1119. & ſupra in hoc libello p. 744.

τέκνων

τίκνων πορεὺν εἰ γονεῖς; ὁ δ' ὑπηρέτλω ἀτιμάζων ζωαλιμάζει καὶ τ' ἄρχοντα. Τῶν δ' ἀτολμοτέρων ὑποσεμνυόντες τὸ γονέων ὄνομα φασί τινες, ὡς ἄρα πατὴρ καὶ μήτηρ ἐμφανεῖς εἰσι θεοὶ, μιμήμμοι τ' ἀγμήλιον ἐν τῷ ζωοπλαςεῖν· ἀλλὰ τ' μὴ εἶναι τὸ κόσμε θεὸν, τὸς δὲ μόνων ὧν ἐγμύνησαν. Ἀμήχανον δ' ἀσεβεῖας τ' [m] ἄορᾶςον ὑπὸ τ' εἰς τὸς ἐμφανεῖς καὶ ἐγγὺς ὄνλας ἀσεβήνων.

exilium relegarunt. A Deo procreantur liberi parentum miniſterio: porrò qui miniſtrum aſpernatur, principem quoque aſpernatur. Qui vero audent paulò magnificentius parentum nomen celebrare, dicunt patrem ac matrem Deos utique eſſe viſibiles, & in fingendis animalibus imitantes ipſum ortu carentem Deum: hunc vero univerſorum Deum eſſe, illos eorum tantùm quos procrearint. Fieri verò nequit, ut impius erga eos quos intuetur præſentes, pietatem erga eum quem non videt, colat.

Τοσαῦτα καὶ περὶ γονέων τιμῆς φιλοσοφήσας, τέλος ἐπιτίθησι τῇ [n] ἑτέρᾳ καὶ θεοτέρᾳ πεντάδι· τλὺ δ' ἑτέραν ἀναγεγμμμένος πρείχουσαν ἀπαγορεύσεις τ' πρὸς ἀνθρώπους, ἀπὸ [o] μοιχείας ἀρχεῖ), μέγιστον ἀδικημάτων τῦτ' εἶναι ὑπολαβών. Πρῶτον μὲ γὰρ πηγλὺ ἔχει φιληδονίαν, ἢ καὶ τὰ σώματα θρύπτει τ' ἐχόντων, καὶ τὰς τ' ψυχῆς ἐκλύει πόνυς, καὶ τὰς ὑσίας διαφθείρει, πάντα δίκλω ἀσβέςυ πυρὸς ὧν ἂν προσάψη) καταφλέγυσα, καὶ μηδὲν σῷον [p] ἀπολείπυσα τ' κῆ' τ' ἀνθρώπινον βίον. Ἔπειτ' ἀναπείθει τ' μοιχὸν οὐκ ἀδικεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάσκει ζυναδικεῖν, ἐν ἀκοινωνήτοις πράγμασι κοινωνίαν τιθέμενον. Οἵερ γὰρ [q] τύτυ καταχίντ@, ἀμήχανον λαβεῖν τέλ@ δι' ἑνὸς μόνυ τὰς ὀρέξεις, ἀλλὰ δεῖ πάντως δύο κοινοπραγῆσαι, τ' μὲ ὑφηγητῦ, τ' ἢ γνωρίμυ τάξιν λαβόντα, πρὸς ἀκρασίας καὶ λαγνείας βεβαίωσιν, αἰσχίςων κακῶν. Οὐδὲ γὰρ τῦτ' ἔνεςιν εἰπεῖν, ὡς τὸ σῶμα μόνον διαφθείρε) τ' μοιχευομένης γυναικὸς, ἀλλ', εἰ δεῖ τἀληθῆς εἰπεῖν, ἡ ψυχὴ πρὸ τῦ σώματ@ εἰς ἀλλοτρίωσιν ἐθίζε), διδασκομένη πάντα τρόπον ἀποστρέφεσθ καὶ μισεῖν τ' ἄνδρα. Καὶ ἧττον ἂν ἦν δεινὸν, εἰ τὸ μίσ@ ἐπεδείκνυτο ἐμφανές· τὰ γὰρ ἐν πολλῷ ῥᾴον φυλάξασθ· νυνὶ δ' δυσυπονόητον καὶ δυαθήρατόν ἐςι, πανύργοις τέχναις ζυσκιαζόμενον, καὶ τλὺ ἐναντίαν ἐςὶν ὅτε τῦ φιλεῖν δόξαν ἐμποιῦν γοητείαις τισὶ καὶ ἀπάταις. Ἀναςάτυς γεμλὺ τρεῖς ὑποδεικνύσιν οἴκυς· τόν τε τῦ [r] ωθγαπονδυμένυ ἀνδρὸς τὰς ἐπὶ γάμοις ὄχας, καὶ τὰς ἐπὶ γνησίοις παισὶν ἐλπίδας πολεμοῦσα)· καὶ δύο δ' ἑτέρυς, τόν τε τῦ μοιχῦ, [s] καὶ τῆς γυναικός. Καὶ γὰρ τύτων ἑκάτερ@ ὕβρεως καὶ ἀτιμίας καὶ τῶν μεγίςων ὀνειδῶν ἀναπίμπλα)· Κᾆν πολυάνθρωποι μὲ τύχωσιν αἱ ζυγγένειαι, διὰ τὰς ἐπιγαμίας καὶ τὰς ἄλλων πρὸς ἄλλυς ἐπιμιξίας, ἅψε) καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης ἐν κύκλῳ βαδίζον τὸ ἀδίκημα. Παγχάλεπόν γε μὴν

His de honore parentibus exhibendo pertractatis, prior diviniorque abſolvitur quinarius; ſcripturus vero alterum interdictionibus conſtantem, mutua hominum commercia ſpectantibus, ab adulterio maleficiorum maximo orditur. Primo namque fons hujus ſtudium voluptatis eſt, quod eorum in quos ſemel invaſerit, & corpora frangit, & vires animi ſolvit, & facultates abſumit. Siquidem in morem ignis ſubinde invalescentis quicquid attigerit exeſt, nihil ſalvum in vita humana relinquens. Deinde etiam adulterum non modò ad injuriam faciendam inſtigat, ſed unà quoque docet iniquitatis ſocium habere, & ſocietatem earum rerum inire, quarum minimè liceat. Ubi enim inſana libido cujuſpiam animum ſemel occupavit, non poteſt is tandem ſuæ ipſe aviditati ſatis eſſe. Duos omnino, unum præeuntis, alterum obſecundantis partes gerentem, convenire neceſſe eſt, provehendis incontinentiæ & ſalacitatis vitiis longè turpiſſimis. Neque enim dicire licet adulteræ, corpus tantum fœminæ corrumpi: imò, ſi verum fateri volemus, ipſius animam à viro abalienari magis, quàm corpus judicabimus, edoctam modis omnibus illum averſari atque odiſſe. Ac minus quidem id grave eſſet, ſi ſe odium palàm proderet. (Caventur enim facilius quæ ſunt manifeſta.) Sed neque odium in ſuſpicionem venire, neque deprehendi facilè poteſt, miris dolis tectum, & nonnunquam valde diverſam amoris fidem facit dolis & faſcinantibus illecebris. Porrò tres ſubvertuntur familiæ: Una læſi viri, quique & votis fraudatur conjugalibus, & ſpe legitimorum liberorum ſpoliatur; altera adulteri, adulteræ tertia. Ambæ enim harum contumelia infamiaque, ac maximis quibuſque probris aſperguntur. Quod ſi fuerint numeroſæ cognationes, aliis atque aliis ſubinde contractæ commerciis, hæc noxa circumquaque graſſata, univerſam etiam civitatem attinget. Atqui

p. 762.

[m] ἀόρᾶςον] Conſimiliter D. Johannes 1 ep. iv. 20. ὁ γὰ μὴ ἀγαπῶν τ' ἀδελφὸν αὐτῦ ὃν ἑώρακε, τ' θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε πῶς δύναται ἀγαπᾶν;

[n] ἑτέρᾳ] Melius πρώτῃ. Mox etiam pro δ' ἑτέρυς repone δευτέρυς. Vide ſupra p. 759. & infra 767.

[o] μοιχείας] Vide dicta infra ad p. 767.

[p] ἀπολείπυσα] Additur τῷ in MSS. Mox pro διδάσκει, repone διδάσκειν.

[q] τύτυ] Sic MSS. pro τῷ. Item λαβεῖν pro δύρεῖν.

[r] ωθγαπονδυμένυ] Ita MSS. Editi ωθγαπονδομένυ. Mox poſt ἀνδρὸς ſcribe ὅς. Chriſtophorſonus reponit πρικοπτομένυ.

[s] καὶ τ'] Melius καὶ τ' τ', ſcil. οἴκων.

omnino moleſta reſ eſt prolis ambiguitas: ſuſpectâ autem uxore, dubium tibi prorſus incertumque eſt, cujuſnam revera ſit patris qui in lucem editur fœtus. Et res interim in occulto ſi latet, ſpurii legitimorum ſibi locum vindicantes, alienam familiam polluunt, & hæreditatem, quatenus ea quidem paterna cenſetur, ſed quæ tamen ad ipſos nullo jure pertineat, conſequuntur. Atque adulter ipſe poſtea quam virus ſuum effuderit, & inviſa ſobole procreata, libidinem ſuam expleverit, non ſine gravi alterius injuria, ſubducet ſe, deridendam propinans ejus quem læſit, ignorationem. Hic autem perinde ac cæcus, nihil eorum animadvertens quæ domi geruntur, cogetur ſuſceptos ex inimiciſſimis liberos pro ſuis curare. Jam retegatur maleficium, extrema omnia paſſuri ſunt infœlices liberi nullo ſuo merito, ſiquidem ad neutrum referre originem poterunt, nec ad virum, nec adulterum. Quando igitur illicitus concubitus tantas parit calamitates, adulterium quod & hominibus & Deo inviſum eſt, meritò ceterorum ſcelerum maximum cenſetur.

καὶ ὁ τῶν τέκνων ἐπαμφοτερισμός· μὴ γὰρ ἀγνοοῦσης γυναικὸς ἀμφίδοξον καὶ ἄδηλον, τὰ ἀποκυήματα τίνος ἐστὶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ πατρός. Εἶτα λανθάνοντος τὸ πρᾶγμα, οἱ μοιχίδιοι τῷ τῶν γνησίων ὑφαπατασάμενοι τάξιν, ἀλλοτρίαν οὐσίαν νοθεύσι, καὶ κλῆρον, ὅσον τῷ δοκεῖν, πατρῷον, οὐδὲν προσήκοντα, λαδίξουσι. Καὶ ὁ μὲν μοιχὸς ἐφυβρίσας καὶ ἐναπερυγὼν τὸ πάθος, ἐπίληπτον ποιῆσαι πείρας, ὅταν ἀποπλησθῇ τῆς ἐπιθυμίας, οἰχήσεται καταλιπών, γέλωτα θέμενος τῷ τὸ τῶν ὑφανομενῶν ἄγνοιαν· ὁ δ', οἷα τυφλὸς, μηδὲν τῶν ἐπεικεκρημένων ἐπισάμενος, ὡς οἰκειότατα ἔγγονα τὰ ἐκ τῶν πολεμιωτάτων θεραπεύειν ἀναγκασθήσεται. Φανερὸν δ' εἰ ἠδίκημα, κακοδαιμονέστατοι ἂν εἶεν οἱ μηδὲν ἠδικηκότες ἄθλιοι παῖδες, μηδετέρῳ οὐσίᾳ προσνεμηθῆναι δυνάμενοι, μήτε τῷ τοῦ γήμαντος, μήτε τῷ τοῦ μοιχοῦ. Τοιαύτας συμφορὰς ἀπεργαζομένης τῆς ἐκνόμου μίξεως, εἰκότως συγγνώμης καὶ θεραπείας τὸ πρᾶγμα, ἡ μοιχεία πρῶτον ἀδικημάτων ἀνεγράφη. p. 763.

Altero verò edicto cavetur ne quis cædem perpetret: natura enim cùm animal gregale, aptum ad ſocietatem colendam, & manſuetiſſimum procrearat, ad concordiam ipſum communionemque vocavit, rationem largita, cujus vi ad concentionem temperationemque morum deduci poſſet. Quicunque igitur cædem facit, ſciat ſe leges ſanctioneſque naturæ pulchrè & ex uſu omnium conditas ſubvertere. Nec tamen ignoret ſe ſacrilegio quoque obnoxium eſſe, qui rem Deo in primis dicatam abripuit. Nam quæ donaria homine vel auguſtiora vel ſanctiora? Aurum argentumque & lapilli, & quæcunque præterea pretioſa materia eſt, inanimorum ædificiorum ornamenta ſunt inanima. Homo verò animal præſtantiſſimum, quod ad animum attinet, potiorem ejus partem, cognatione quadam cum rerum puriſſima cœlo, & verò, ut permulti cenſent, cum ipſo quoque mundi parente conjunctiſſimus eſt, ut qui mente præditus ſit, quæ omnium quæcunque in terra ſunt, maximè ſempiternum illud beatumque exemplar æmuletur ac referat.

Δεύτερον δὲ πρόσταγμα, μὴ ἀνδροφονεῖν· ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ ζώνομον ζῷον τὸ ἡμερώταγον ἡ φύσις γεννήσασα, πρὸς ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν ἐκάλεσε, λόγον δοῦσα ζωαγωγὸν εἰς ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν ἠθῶν. Ὁ δὴ κἀκείνων τινα, μὴ ἀγνοείτω νόμους φύσεως καὶ θεσμοὺς ἀναιρῶν, καλῶς καὶ συμφερόντως ἅπασι γεγραφότας· ἴσω μὴν καὶ ἱεροσυλίᾳ ἔνοχος ὢν, τὸ ἱερώτατον τῶν τοῦ θεοῦ κτημάτων ζημιώσει. Τί γὰρ ζημιότερον ἢ ἀνωτέρου ἀνάθημα ἀνθρώπου; Χρυσὸς μὲν καὶ ἄργυρος καὶ λίθοι πολυτελεῖς, καὶ ὅσαι ἄλλαι τιμαλφέσι ὕλαι, κόσμος οἰκοδομημάτων ἐστὶν, ἄψυχος ἀψύχων· ἄνθρωπος δὲ, ζῶον ἄριστον καὶ τὸ κρεῖττον τῶν ἐν αὐτῷ, τοῦ ψυχοῦ, συγγένεια τῷ καθαρωτάτῳ τῆς οὐσίας οὐρανῷ, ὡς δ' ὁ τῶν πλείστων λόγος, καὶ τῷ τοῦ κόσμου πατρὶ, τῷ ἐπὶ γῆς ἁπάντων οἰκειότατον ἀπεικόνισμα καὶ μίμημα τοῦ ἀϊδίου καὶ εὐδαίμονος ἰδέας τὸν νοῦν λαβών.

Tertiò poſterioris quinarii interdicto furtum prohibetur: quandoquidem qui alienis inhiat, communis reipublicæ hoſtis eſt: nam in omnium fortunas animo invadit, reipſa in nonnullorum bona manus injicit. Inexpleta videlicet cupiditas, quaquaverſum extenditur, ſed virium imbecilli-

Τρίτον δ' ἐστὶ τοῦ δευτέρας πενταδος παράγγελμα, μὴ κλέπτειν· ὁ γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιχειρῶν, κοινὸς πόλεως ἐχθρὸς, βουλήσῃ μὲν τὰ πάντων, δυνάμῃ δὲ τά τινων ὑφαιρούμενος, τῷ τοῦ μὲν πλεονεξίαν ἐπὶ μήκιστον ἐκτείνεσθαι, τὸ δ' ἀσθενὲς ὑστερίζον εἰς βραχὺ στέλλεσθαι καὶ μόνον

[t] τῆς] Addidi ex MS. Med.

[v] τῶν] Reſtitui ex MS. Med. Forſan etiam melius ἀδικοῦνθ' ἵνα pro ἀδικομένοις, ſupra enim uſurpatur ἀδικουμένῳ.

[x] ἐποικεκρημένων] Solennior Philoni vox ἐπικεκριέναι. Mox etiam pro ἐπιπρούειν, omnino ſcribe τροφοῦσιν.

[y] ζῶον] Forſan ἓν ζῴων. Mox Chriſtophorſonus poſt ἡγούμενος, ſcribi vult τὸν ἄνθρωπον.

[z] ἀνώτερον] Fortè ἁγιώτερον. Supra enim vocat hominem τὸ ἱερώτατον—κτημάτων.

[a] ὑφαιρούμενος] Sic nonnulli Codices pro ἀφαιρούμενος, infra quoque ſic ſcribitur.

φθάνειν ἐπ' ὀλίγους. Ὅσοι τοίνυν τῶν κλεπτῶν ἰσχυὸ προσίλαβον, ὅλας ζυλῶσι πόλεις, ἀλογοῦντες τιμωρῶν. Διὸ τὸ ἀπικυδέστεροι τ νόμων εἶναι δοκεῖν. Οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ ὀλιγαρχικοὶ τὰς Φύσεις, οἱ [b] τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες, εἰ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, ζημιοῖς ἐνέμασι τ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικρύπτοντες λῃστείαν ταλη θέστερον. Ἐκ πρώτης ἥν ἡλικίας ἀναδιδασκέσθω τὶς [c] μηδὲν λάθρα τ ἀλλοτρίων ὑφαιρεῖσθαι, κἂν βραχύταλον ᾖ, διότι ἐγχρονίζον ἔθος Φύσεως κεφαλαιότερόν ἐστι, καὶ τὰ μικρὰ μὴ κωλυόμενα αὔξει καὶ ἐπιδίδωσι πρὸς μέγεθος [d] ἐπαυξανόμενα.

Κλέπτειν δ' ἀπείπαν, [e] ἐξῆς ψευδομαρτυρεῖν ἀπαγορεύει, πολλοῖς καὶ μεγάλοις & [f] πᾶσι χαλεποῖς τὰς ψευδομάρτυρας ἐνέχυς εἰδώς. Τὸ μὲ γὰ πρῶτον φθείρυσι τὴν ζημίαν ἀληθειαν, ἧς ὄκ ἔστιν ἐν βίῳ [g] κτῆμα ἱερώτερον, ἡλίου τρόπον φῶς τοῖς πράγμασι περιτιθέσης, ἵνα μηδὲν αὐτῶν ἐπισκιάζῃ. Δεύτερον ὅ, πρὸς τῷ ψεύδεσ καὶ τὰ πράγματα εἰς νυκτὶ καὶ ζκότῳ βαθεῖ περιαμπίσχυσι, καὶ ζυμπράττυσι μὲ τοῖς ἁμαρτάνυσιν, ἐπιτίθεν ὅ τοῖς ἀδικυμένοις, ἃ μήτ' εἶδον, μήτ' ἤκυσαν, μήτ' ἴσασι, πανίως εἰδέναι καὶ ζφόδρα καταληφέναι δοκαιύμενοι. Προσεπεξεργάζον ὅ καὶ τρίτον περανόμημα τ προτέρων ἐγκαλεώτερον. Ὅταν γὰ πάνις ἀποδείξεων ἢ διὰ λόγων ἢ [h] γραμμάτων, ἐπὶ μάρτυρας καταφεύγυσιν οἱ τὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντες, ὧν τὰ ῥήματα κανόνες εἰσὶ [i] τῆς δικαστῆς περὶ ὧν μέλλυσιν ἀποφαίνεσθ· μόνοις γὰ ἐπανέχειν ἀνάγκη, μηδενὸς ὄντος ἑτέρυ τ εἰς ἔλεγχον. Ἐξ ὃ ζυμβαίνει τὸς μὲ καταμαρτυρυμένυς ἀδικεῖσθ, νικᾶν δυναμένυς· τὸς ὅ προσίχθας δικαστὰς, [k] ἀδίκυς καὶ παρανόμυς ἀντὶ δικαίων καὶ νομίμων γράφεσθ. Τὸ μὲτοι πανύργημα φθάνει καὶ πρὸς ἀσέβειαν· ὃ γὰρ ἀνωμότως δικάζειν ἔθος, ἀλλὰ μᾶ φρικωδεστάτων ὅρκων, ὃς παραβαίνυσι πρὸ τ ἀπαλωμένων οἱ φενακίζοντες· ἐπειδὴ τ μὲ τὸ ζφάλμα ὃ κᾶ γνώμῃ, οἱ δ' ἐπιστήμῃ [l] κατηγορῶσι, καὶ ὄκ προνοίας ἁμαρτάνοντες, & τὸς [m] κυρίυς τ ψήφυ ζυνεξαμαρτάνειν ἀναπείθοντες, ὄκ εἰδότας ὃ δρῶσιν, ἐπὶ τιμωρίᾳ τ ὑδεμιᾶς ἀξίων κολάσεως.

tate, ad paucos tantùm pervenire possit. Itaque qui fures aliquid potentiæ nacti sunt, totas compilarunt civitates, nullo se suppliciorum metu coërcentes, quòd sibi legibus superiores esse viderentur. Atque hi ferè sunt, qui ad constituendam paucorum potentiam, valde propensi sunt, qui dominatum imperiumque appetunt, qui insignia furta, venerandis principatus imperiique titulis velant, quæ verius latrocinia dicerentur. Edoceatur igitur quisque jam inde ab incunte ætate, nihil rerum alienarum, quantulum id cunque sit, clàm subtrahendum esse, propterea quòd longiusculi temporis consuetudo tandem evadit natura superior, & exigua initio, nisi coërceantur, subinde augescunt, & ad extremum proficiunt.

Hoc Dei vetitum de rebus alienis non attrectandis, statim excipit aliud ejusdem de falso testimonio; norat enim falsos testes multis esse magnisque, imò gravissimis quibusque sceleribus obnoxios. Primùm enim augustam illam veritatem violant, qua nihil in hominum vita sanctius: siquidem instar solis ita rebus lucem offundit, ut nihil in obscuro jaceat. Deinde præterquam quod mentiuntur, etiam res ipsas velut nocte quadam ac profunda caligine involvunt, ac nocentibus quidem operam præstant, innocentibus autem struunt insidias, affirmantes quæ neque viderunt, neque audierunt, neque vero sciunt, ea certo se scire compertaque habere. Admittunt præterea tertium scelus superioribus multo gravius. Cum enim probationes ex rationibus vel tabulis desunt, ad testes confugiunt, quorum oratio judicibus velut regula quædam est eorum, de quibus sententiam pronunciaturi sunt. His enim attendendum ubi non est alia probatio. Qua ex re illud usu venire solet, ut qui falsis exagitantur testimoniis, ii si in causa alioqui superiores esse poterant, injuria afficiantur; qui vero judices talia testimonia audiunt, æqui & justi loco inique & injuste pronuncient. Et hoc quidem scelus ad impietatem etiam pertingit; non enim citra jusjurandum judicia exerceri solent, sed horribili potius jurejurando adhibito, quod profecto ab iis violatur magis, qui fallunt, quàm qui falluntur; quandoquidem hi peccant inscientes, illi vincere student scientes, ac omnino de industria peccant, & judices ad peccati societatem inducunt, præ ignoratione causæ supplicium in sontibus irrogantes.

p. 764.

[b] τυραννίδων] Ita MS. Coisl. pro τυραννίδ, quod melius convenit cum sequenti, δυναστειῶν.

[c] μηδὲν] Ita MS. Coll. pro μηδὲ. Quæ vero sequuntur, usque ad κλέπτειν citantur in Codice Barocc. N° 143. ex Philone, titulo, περὶ σωτηρίας καὶ ἴθους.

[d] ἐπαυξανόμενα] MS. Barocc. σωσαύξοντα. Ubi etiam adjectum ex Philone. δυσιατέζωθ· ἡ πλάνη, ὅταν ἀφθόνῳ χρόνῳ πολλοί.

[e] ἐξῆς] Ita MSS. pro δίδυς.

[f] πᾶσι χαλεποῖς] Christophorsonus παλαιχαλεποῖς. Quidni vero παντάπασι χαλεποῖς.

[g] κτῆμα] Forsan χρῆμα. Mox repone φιλιθέσης.

[h] γραμμάτων] MSS. πραγμάτων, sed nil mutandum videtur. Rectè enim & congruè verbis scripta opponuntur.

[i] τοῖς] Adde ex Cod. Med.

[k] ἀδίκως, &c.] MSS. ἀδίκως καὶ παρανόμως—ἀναγράφειν. Atqui ex Johanne Monach. inedito scribendum, ἀδίκυς καὶ παρανόμυς ψήφυς—ἀναγράφειν.

[l] κατηγορῶσι] Sic repono ex MSS. Med. & Vat. Editi καταγορεύσασι.

[m] κυρίυς] Ita scribo pro κατηγόρυς, ex eodem Johanne. Cui etiam Contextus fidem facit. Visum id quoque Doctiss. Cotelerio Monum. Eccles. Græcæ Tom. 2.

His

His igitur de cauſis falſi teſtimonii dictionem à Deo vetitam eſſe puto. Extremo autem loco prohibet idem cupiditatem, non ignorans illam, & novitatis ſtudioſam & pernicioſam. Omnes quidem certè animæ perturbationes graves ſunt ac moleſtæ, ipſam turbantes concutienteſque præter naturam, nec valere ſinentes, omnium vero graviſſima cupiditas eſt, propterea quod cæteræ perturbationes, quæ extrinſecus adveniunt, videntur involuntariæ: ſola cupiditas oritur à nobis ipſis voluntariaque eſt. Sed quid hæc ſibi volunt? Præſentis boni opinio quieſcentem animum erigit atque excitat, & valde ſublimem rapit, non aliter ac fulgetrum oculos. Vocatur autem hæc affectio, voluptas. Bono autem contrarium malum, ubi ingruens vulnus inflixerit, ſtatim ipſum animum ægra quadam triſtique affectione nolentem replet, cui perturbationi dolor eſt nomen. Cùm autem malum nondum intro receptum percellit hominem, futurumque eſt ut ſubeat ſeque inſinuet, pavorem ac mœrorem præmittit, inauſpicatos nuntios, qui animum concutiant: & hæc quidem affectio metus nominatur. Cùm vero quis opinionem concepit boni non præſentis, & hoc ipſum aſſequi cupit, dum longiſſimè agit impellitque animum, volens id, cujus deſiderio tenetur, attingere, velut rotæ alligatus diſtenditur convelliturque, magno quidem ſtudio appetitum bonum captans, quod aſſequi tamen nequit; cui planè idem uſu venit quod iis, qui mira quidem alacritate at non pari celeritate abſcedentes perſequuntur. Videtur & circa ſenſus nonnihil contingere ſimile: fit enim ut dum oculi ad rem quampiam aſpectabilem, quæ procul abſit, pervenire contendunt, ſeque admodum exporrigunt, & magis quàm vires ferant, exerunt, per vacuum concidant, nec planè rem objectam intueri poſſint. Ad hæc etiam fixâ & vehementi intentione debilitati, caligine ſuffundantur. Itidem ubi ſonus ſubobſcurus è longinquo fertur, repentè arriguntur aures ac velut impetu quodam inſiliunt, annitentes propius, ſi queant, accedere, ſpe vocis clarè excipiendæ. Cæterùm ea quando adhuc, ut par eſt, ſubobſcura fertur, nihil exhibet certæ veræque cognitionis; quo fit ut magis ſubinde creſcat vanum irritumque ejuſdem percipiendæ deſiderium, aviditate ipſa Tantaleum quoddam inferente ſupplicium. Nam quæ Tantalus concuperet, cùm jam ſibi apprehenſurus videretur, eorum potiundorum ſpe derepentè fruſtrabatur. Quem vero

Διὰ μὲν δὴ ταῦτά μοι δοκεῖ ψευδομαρτυρίαν ἀπειπεῖν· τελευταῖον δ' ἐπιθυμίαν ἀπαγορεύει, νεωτεροποιὸν καὶ ἐπίβουλον [n] ταύτῃ εἰδώς. Πάντα μὲν γὰρ τὰ ψυχῆς πάθη χαλεπὰ, κινοῦντα καὶ σείοντα αὐτὴν παρὰ φύσιν, καὶ ὑγιαίνειν οὐκ ἐῶντα, χαλεπώταλον δ' ἐπιθυμία. Διὸ τὴν μὲν ἄλλων ἔκαθεν θύραθεν ἐπεισιὸν, καὶ προαπίπλον ἔξωθεν, ἀκούσιον εἶναι δοκεῖ· μόνη δ' ὁ αὐτὴ ἐπιθυμία τῷ ἔχειν ἐξ ἡμῶν λαμβάνει, καὶ ἔστιν ἑκούσιον. Τί δ' ἐστὶν ὃ λέγω; Τοῦ παρόντος καὶ νομισθέντος ἀγαθοῦ φαντασία διεγείρει καὶ ἀνίστησι τὴν ψυχὴν ἠρεμοῦσαν, καὶ λάμπρα μετέωρον ἐξαίρει, καθάπερ ὀφθαλμοὺς φῶς ἀναστέψαν· καλεῖται δ' τοῦτο τὸ πάθος αὐτῆς, ἡδονή. Τὸ δ' ἐναντίον ἀγαθῷ κακὸν, ὅταν ἐκβιασάμενον πληγὴν ἐπενέγκῃ καίριον, λύπην ἐπισωρεύει καὶ κατηφείας ὄχθους αὐτῇ ἀναπίμπλησιν ἄκυρον· ὄνομα δὲ καὶ τούτῳ τῷ πάθει λύπη. Ὅταν δὲ τὸ κακὸν μήπω μὲν εἰσῳκισμένον θλίβῃ, μέλλῃ δ' ἀφικνεῖσθαι καὶ παραδυσπερίζεσθαι, πλοίαν καὶ ἀγωνίαν, ὑποφήτας ἀγγέλους, προεκπέμπει δειματοῦντας· φόβος δὲ προσαγορεύεται τὸ πάθος. Ἐπειδὰν δὲ λαβών τις ἔννοιαν ἀγαθοῦ μὴ παρόντος, ὀρέγηται [p] τυχεῖν αὐτοῦ, πρὸς μῆκιστον τὴν ψυχὴν ἐλαύνει, καὶ ὑπὲρ πλεῖστον ἐκτείνων, ψαῦσαι τοῦ ποθουμένου γλιχόμενος, ὥσπερ ὑπὲρ τροχοῦ καλατείνεται· σπεύδων μὲν ζυλλαβεῖν, ἐφικνεῖσθαι δ' ἀδυνατῶν, καὶ ταύτην πεπονθὼς πρὸς τὰς ἐξαναχωρούσας διώκουσιν, ἐλάττονι μὲν τάχει, προθυμίᾳ δ' ἀναλαγωνίστῳ. Ὅμοιον δέ τι καὶ περὶ τὰς αἰσθήσεις ἔοικε ζυμβαίνειν· ὀφθαλμοί [q] τε γὰρ πολλάκις ὁρατοῦ τινος πάνυ μακρὰν ἀφεστῶτος, εἰς καλάληψιν ἐλθεῖν ἐπειγόμενοι, τείνουσιν αὐτοὺς εὖ μάλα καὶ πλέον τῆς δυνάμεως ἐνεχθέντες, ὤλισθον κοὐδὲν κενοῦ, περὶ τὴν ἀκριβῆ τοῦ ὑποκειμένου γνῶσιν ζφαλέντες, καὶ προσέτι τὴν ὄψιν τῷ βιαίῳ καὶ ζωτόνῳ τῆς προσβολῆς ἀσθενήσαντες ἀμαυρὰν [r]. Καὶ θρῷ πάλιν ἀσαφὴς ἐκ μακροῦ διαστήματος φερομένου, τὰ ὦτα ἀνεγερθέντα καὶ [r] ἐπερείσαντα, ἵεται καὶ σπεύδει προσελθεῖν, εἰ οἷόν τε, ἐγγυτέρω, πόθῳ τοῦ τρανωθῆναι τῇ ἀκοαῖς τὸ ἦχον. Ὁ δ', ἔτι γὰρ ἀμαυρὸς, ὡς ἔοικε, προσπίπτει, ἄδεν τῶν εἰς γνῶσιν τηλαυγέστερον ἐπιδιδοὺς, ὡς ἔτι μᾶλλον τὸ ἀνήνυτον καὶ ἀδιεξίτητον ἐπιτείνειν τοῦ καλαλαβεῖν ἵμερον, Ταντάλειον τιμωρίαν ἐπιφερούσης τῆς ἐπιθυμίας (ἐκεῖνός τε γὰρ ὧν [s] ὀρεχθείη πάντων ὁπότε μέλλει ψαύσειν, ἀπετύγχανεν.) Ὅ, τε κρατηθεὶς ἐπιθυμία, δι-

[n] ταύτῃ] Sic MSS. Coiſl. Aug. & Coll. Nov. Editi τὴν ἐπιθυμίαν. Mox pro κινοῦντα forſan κλονοῦντα. Sicut infra p. 852. ὑφ' ἂν ἀνάγκη ψυχὴν σείεσθαι καὶ κλονεῖσθαι. Vide etiam p. 1074. Solenne Philoni paſſim ſic ſcribere.

[o] αὐτὸ] Scribe αὐτῷ, vel αὐτὸ ᾧ. Mox poſt ἡδονή, adde αὐτῶν ex MSS.

[p] τυχεῖν] Ita MSS. pro λαβεῖν. Ibidem ſcribe γλιχομένου, ſcil. ψυχοῦ.

[q] τε γὰρ] Reſtitui ex MSS. Item τὸ ὄψιν in ſequentibus. Ibidem pro ἀσθενήσαντα ſcribitur ἀτονήσαντα in MSS. Unde conjicere licet olim ſcriptum fuiſſe ἀκλωνήσ.

[r] ἐπερείσαντα] Scribe ἐποχθίσαντα vel ἐποχθισθέντα. Ita ſupra p. 352. τὰ ὦτα ἐποχθίσας. Vide etiam p. 594, 646, 750, & 1016. Item Heſych. v. ὄχθια.

[s] ὀρεχθείη] Melius, ut videtur, ὀρεχθῇ. Item ἴμελλε pro μέλλῃ.

p. 765.

ψῶν

ψῶν ἀεὶ τ̃ ἀπόντων ἐπιθ̃ πληρ̃ται, πρὶ κενὸν ἰλυσπώμ@ τὸν ὄρεξιν. Ὥσπερ τε τὰ ἐρπετωδη τῶν νοσημάτων, εἰ μὴ προανακρουσθείη τομαῖς ἢ καύσεσιν, ἐπιθέοντα σύμπασαν ἐν κύκλῳ καταλαμβάνῃ τὸν τ̃ σώματ@ κοινωνίαν, ὀδὲν ἀπαθὲς μέρ@ ἐῶντα· ὅτως εἰ μὴ λέγ@ ὁ τ̃ φιλοσοφίαν, ἰατρ̃ δίκην ἀγαθ̃, τ ῥέψαν τὸν ἐπιθυμίαν ἐπίσχοι, πάντ' ἐξ ἀνάγκης τὰ τ̃ βίου πράγματα κινηθήσετ' ἐπ' αὐτὸ φύσιν. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ὑπεξηρημένον ὁ ἀμφόν τὸ πάθ@, ἀλλ' ὅταν ἄδειαν λάβῃ καὶ σκεπτικίαν, ᵛ ἐπινέμετ', καὶ ˣ γίνετ' πάντα διὰ πάντων. Εὔηθες ἴσως μακρηγορεῖν ἐστι περὶ τῶν ὅτως ἐμφανῶν· ἃ τίς ἀνὴρ ἢ πόλις ἀγνοεῖ, καθ' ἑκάστ@ ὐχ ἡμέραν μόνον, ἀλλὰ κ̃ ὥραν, ὡς ἔπ@ εἰπεῖν, ἔλεγχον ἐναργῆ παρεσάντα; Χρημάτων ἔρως, ἢ γυναικὸς, ἢ δόξης, ἤ τιν@ ἄλλ τ̃ ἡδονὴν ἀπεργαζομένων, ἆρά γε μικρῶν κ̃ τ̃ τυχόντων αἴτι@ γίνετ' κακῶν; Οὐ διὰ τοῦτο ζητ̃σαι μ̃ ἀλλοτρίαν, τὴν φυσικὴν εὔνοιαν μεθαρμοζόμεναι πρὸς ἀνήκεστον ἔχθραν; Χῶραι ἢ μεγάλαι κ̃ πολυάνθρωποι σάσεσιν ἐμφυλίοις ἐρημοῦνται; γῆ ἢ κ̃ θάλατται πληροῦται τ̃ καινουργουμένων ἀεὶ ζυμφορῶν, ναυμαχίαις καὶ πεζαῖς σφαγαῖς; Οἱ γὰ Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων πρόθ' ἑαυτοὺς κ̃ πρὸς ἀλλήλους τραγῳδηθέντες πόλεμοι πάντες ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἐρρύησαν, ἐπιθυμίας, ἢ χρημάτων, ἢ δόξης, ἢ ἡδονῆς· πρὶ γὰ ταῦτα κηραίνει τὸ τ̃ ἀνθρώπων γέν@.

fua regit cupiditas, is perpetuo rerum abſentium deſiderio laborans, expleri nunquam poteſt, inani aviditatis volutabro hærens. Et verò, ut qui ſerpere morbi ſolent, niſi naſcentes ſtatim reſectionibus exuſtionibuſve inhibeantur, univerſam circum circa corporis compagem quàm celerrimè corripiunt, nec ullam partem relinquunt illæſam: ita niſi ratio, philoſophicis nixa præceptis, inſtar periti medici, ſerpentem reprimat cupiditatem, neceſſe eſt omnia in vita præter naturam conflictari. Nihil enim immune ab hoc malo eſt; quod ſi nimiam ſecuritatem, & otium ſemel acceperit, pervadit & abſumit omnia. Ineptum fortaſſe fuerit pluribus diſputare de rebus adeò manifeſtis, quas quis non videt vel ſecum ipſe, vel cum tota civitate, non ſingulis modò diebus, ſed etiam ſingulis propè dixerim horis, manifeſta ſui indicia prodere? Num pecuniarum amor mulierumve, aut gloriæ aut alterius cujuſpiam earum rerum, quæ ſunt efficientes voluptatis, levium vulgariumque malorum auctor eſt? An non vel hac una de cauſa familiæ à ſe invicem abalienantur, naturalem benevolentiam vertentes in deploratas inimicitias? An non amplæ frequenteſque regiones inteſtinis factionibus deſolantur? An non terra mareque novis ſemper calamitatibus laborant ex navalibus terreſtribuſque copiis? Græcorum enim Barbarorumque bella ultrò citroque magna atrocitate illata & geſta ex uno fonte manarunt, cupiditate opum, vel gloriæ vel voluptatis. In his enim verſantur humani generis ſtudia.

765. Ἄλις μὲ δὴ τούτων· χρὴ ἢ μὴ δ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ δέκα λόγοι, κεφάλαια νόμων εἰσὶ τ̃ ἐν ἅπασι, παρ' ὅλου τοῦ νομοθεσίαν ἐν p. 766. τ̃ ἱερ̃ς βίβλοις ἀναγεγραφέντων. Ὁ μὲ πρῶτ@ τ̃ περὶ μοναρχίας· ὅτοι ἢ δηλοῦσιν, ὅτι ἓν αἴτιον τὸν κόσμον, καὶ ἡγεμὼν & βασιλεὺς εἷς, ὁ ἡνιοχῶν κ̃ κυβερνῶν τὰ ὅλα ζωηρέως· ὀλιγαρχίαν, ἢ ὀχλοκρατίαν, ἐπιβύλους πολιτείας φυομένας πρὸς ἀνθρώποις τοῖς κακίστοις ἐξ ἀταξίας κ̃ πλεονεξίας, ἐξελεγχομένας ὐκ ἔστ καθαρωτάτ@ τ̃ οὐσίας, ὀρανοῦ. Ὁ ἢ δεύτερ@ κεφάλαιόν ἐστι πάντων, ὅσα περὶ χειροκμήτων ἐνομοθετεῖτο ἄν, ἀγάλματα, κ̃ ξόανα, & ζωόλως ἀφιδρύματα, ὧν γραφικὴ καὶ πλαστικὴ βλαβεραὶ δημιουργοὶ, κατασκευάζειν ὐκ ἐῶν, πρὸ' ὅσα μύθων πλάσματα προσίεται, ʸ θεογαμίαν κ̃ θεογονίαν, κ̃ τὰς ἀμφοτέραις ἐπομένας

Sed de his ſatis multa. Scitu verò dignum illud eſt, Decem hæc effata, legum omnium quæ particulatim ſacris ſparſæ ſunt voluminibus, ſumma eſſe capita. Nam primum quidem ſummam legum complectitur monarchiam ſtatuentium: quibus oſtenditur, unum eſſe mundi auctorem, rectorem unum ac regem, ſalutariter univerſa moderantem & gubernantem, qui è cœlo, quod eſt naturæ puriſſimæ, paucorum principatum, ſtatumque popularem ſummoverit, duas Reipublicæ formas noxias, quæ apud improbos homines ex inordinato rerum ſtatu & aviditate nimia naſci ſolent. Alterum autem caput eſt omnium, quæ de humanis opificiis fanciri poſſint; ſigna, ſtatuaſque, quæ perniciosis pictorum ſculptorumque artibus elaborari ſolent, fabricari vetans. Quinetiam fabularum figmenta rejicit, cujuſmodi Deorum connubia ortuſque ſunt, & quæ

t ῥέψαν] Forſan ἔρπουσαν. Ob præcedentia ὥσπερ τὰ ἑρπετωδη τ̃ νοσημάτων, &c. Eandem enim latè ſerpentem naturam cupiditati, quam morbis iſtiuſmodi, tribuit.

v ἐπινέμετ'] Ita ſcribo ex MSS. pro ἐπιμαίνετ' in Editis. Sic etiam infra p. 768. νέμει δαπανῶσα πάντα καὶ φθείρεται. Quod Chriſtophorſono etiam placet.

x γίνετ'] Omnino repono σίνετ', tacentibus licet MSS. Iſtud enim à Pythagorâ præceptum, Laert. viii. 23. φύτον ἄμπερον μήτε φθείρειν μήτε σίνεσθαι. Heſych. v. σεῖνε, melius σίνε, κακοποιεῖ.

y θεογαμίαν] Nonnulli Codices, θεομαχίαν. Mox ſcribo θεγαλιωτάτας ex eiſdem. Editi θεγαλιωτέρας.

utrumque conſequuntur, innumerabiles ac perquàm graves peſtes. Tertio ſubjicitur juramenti interdictio, & quarum rerum gratia jurare fas ſit; tum etiam quo tempore, quo loco, per quem jurare, quomodo affectos animo & corpore eſſe jurantes decet; & quæ de jurisjurandi religione vel ſervata vel neglecta, divinitus ſunt præcepta.

Quartum præceptum de ſeptimo die, ſumma ſacrarum feriarum omnino cenſeri debet, ſimulque expiationum iiſdem præſcriptarum: harum autem cultus conſtat ex ablutionibus puris, precibus auditu dignis, & ſacrificiis ritè perfectis. Porrò ſeptimum intelligi volo, & ut ſenario, qui genitalis maximè eſt, admiſcetur; & ut ab eodem diſtinctus, neque ipſi additus, unius ſpeciem referens; quorum utrique ſacris accenſentur feriis. Ad unum quidem refertur dies feſtus & ſolennis, quem tubis denuntiant, tum jejunii dies, quem abſque cibo potuve tranſmittere jubentur, tum is etiam quem ſua lingua Hebræi Paſcha vocant, & quo univerſis in tribubus ſinguli ſacra faciunt, non expectatis ſacrificis, cùm per legem univerſæ genti liceat peculiari quodam die fungi quotannis ſacerdotio ſacrorum gratia quæ facere ipſimet debeant. Uni præterea accenſetur etiam dies, quo manipulus offertur pro fœcunditate ubertateque agrorum munus ex ſpicis maturis. Denique qui ab hoc ſeptem ſupputatis hebdomadibus quinquageſimus dies eſt, & Pentecoſte vocitatur, quo ſolent Hebræi panes offerre, qui à re dicuntur primarum frugum panes, quandoquidem frugum ac fructuum primitiæ ſunt, cibum mitem præbentium, qui homini animalium placidiſſimo ac manſuetiſſimo aſſignatus à Deo eſt. Septenario autem maximæ multorumque dierum feriæ attributæ ſunt circa æquinoctium utrumque, vernum & autumnale, geminis feriis in geminum æquinoctium incurrentibus, earumque ſingulis ſeptem dies complectentibus: unis quidem vere, ubi finem accipit univerſa ſementis: alteris vero autumno, quo colliguntur fructus, ii etiam qui ex arboribus percipi ſolent. Septeni vero dies merito attributi ſunt ſeptimo menſi æquinoctii utriuſque, ut eximium diei unius feſti honorem ſinguli menſes habeant, recreandis relaxandiſque animis. Huc referuntur & aliæ leges egregiæ ad manſuetudinem ſocietatemque, ſimul ad modeſtum & æquabile vitæ genus addu-

Ἃ μὲν οὖν περὶ θυσίαν νομοθετῆται καλὰ προστάξεις καὶ ἀπαγορεύσεις, ταῦτα δὲ τὰ τύπις ἁγιωπλήσια ἐστι· ἃ δὴ καὶ τὰς φιλοσόφους ὑποθήκας καὶ ἀγωνίσεις, ὧδε λεκτέον. Αἰτεῖται γὰρ, φησὶν, ὦ Ἀξίοχε, ἀγαθόν σε ὁ θεὸς οὐδὲν βαρὺ καὶ ποικίλον ἢ δύσεργον, ἀλλὰ ἁπλοῦν [f] πάνυ καὶ ῥᾴδιον. Ταῦτα δέ ἐστιν, ἀγαπᾶν αὐτὸν ὡς εὐεργέτην, εἰ δὲ μὴ, φοβεῖσθαι γοῦν ὡς ἄρχοντα καὶ κύριον, δεδιέναι πασῶν εἶναι τῶν εἰς ἐξέτασιν ὁδῶν, καὶ λατρεύειν αὐτῷ μὴ παρέργως, ἀλλ' ὅλῃ τῇ ψυχῇ πεπληρωμένῃ γνώμης φιλοθέου, καὶ τὰ ἐντολῶν αὐτοῦ πεφυλάχθαι καὶ τὰ δίκαια τιμᾶν· ἐξ ὧν ἁπάντων [g] αὐτὸς μὲν ἐν ἐμοίᾳ μοίρᾳ φύσει μὴ τρεπόμενος, εἴ τι δὴ τῶν ἄλλων ὅσα καὶ τὸν κόσμον ἐστὶ, βελτίωσιν ἴσχει· ἥλιος, ἢ σελήνη, ἢ τὸ πλῆθος τῶν ἄλλων ἀστέρων, ἢ ὁ σύμπας οὐρανός. Ἀλλὰ καὶ γῆς, τὰ μὲν ὄρη πρὸς ὕψος αἴρεσθαι πεπιμηκίσθαι, ἢ δὴ πεδιάς, ὥσπερ αἱ χυλαὶ ὑσίαι ὀλίγῃ πλεῖον ἐξευρύσθαι, καὶ ἡ θάλαττα μεταβάλλει πρὸς πότιμον, ἢ οἱ πολαμοὶ πελάγεσιν ἐξισοῦσθαι. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν αὐτῶν ὅρων ἕκαστον ἵδρυσθαι δεῖ, ἐφ' οἷς ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ὅτε ἐτάχθη· σὺ δὲ βελτίων ἔσῃ, ζῶν ἀνυπαιτίως. Τί δὴ τούτων ἀργαλέον ἐστὶν ἢ ἐπίπονον; οὐκ ἄπλωτα πελάγη δεῖ περαιοῦσθαι, καὶ μέσα χειμῶνος κλύδωνι καὶ βίαις ἐναντίων πνευμάτων [h] κυκλουμένους ἄνω καὶ κάτω θαλαττεύειν, ἢ τραχείας καὶ ἀτεκμάρτους πεζεύειν ἀνοδίας ἀχ ἁδὸς, λῃστῶν ἢ θηρίων ἐφόδους αἰεὶ καλεπηχότας, ἢ τειχοφυλακεῖν ἐν ὑπαίθρῳ νυκτερεύοντας, ἐφεδρεύόντων πολεμίων καὶ τὰς ἀνωλάτω κινδυνώδεις ἀπειλούντων. Ἄπαγε, μηδὲν ἐπὶ καλοῖς λεγέσθω τῶν ἀγαθῶν· ὀφθαλμητέον ἐπὶ τοῖς ὕστω συμφέρουσιν· ὑπνεῦσαι μόνον δεῖ τῷ ψυχῷ, καὶ πάρεσιν ἐν ἑτοίμῳ τὰ πάντα. Ἢ τοῦτο ἀγνοεῖς ὅτι τὸ θεῖόν ἐστιν ὁ αἰσθητὸς οὐρανὸς, καὶ νοητὸς, εἴποι ἄν τις, οὐρανὸς οὐρανοῦ· καὶ πάλιν ἡ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ σύμπας ὁ κόσμος, ὅ, τε ἐρατὸς καὶ αἰσθητὸς καὶ ἀσώματος, τὸ ὑπόδειγμα τοῦ [i] οὐρανοῦ; ἀλλ' ἔμως καὶ ἐξ ἅπαντος ἀνθρώπων γένους πρὸς ἀλήθειαν ἀνθρώπους ἀμισινδὶ ἐπιλέξας εἵλετο, καὶ προνοίας ἠξίωσε τὸ πάσης, ἐπὶ τιμῇ θεραπείαν καλέσας ἑαυτοῦ, τιμῇ ἀέναον τῶν καλῶν πηγῇ, ἀφ' ἧς καὶ τὰς ἄλλας ἄμβρησεν ἀρετὰς, καὶ [k] ἀνενεχθεὶς εἰς ἀπόλαυσιν ὠφελιμωτάτῳ, νέκταρος μᾶλλον ἢ οὐχ ἧττον ἀθανατίζον ποτόν. Οἰκτροὶ δὴ καὶ κακοδαίμονες ὅσοι μὴ τῆς ἀρετῆς [l] πόνον ἀνεχήθησαν· καὶ κακοδαιμονέστατοι διετέλεσαν, οἳ εἰσάπαν ἄγευστοι καλοκἀγαθίας, πᾶσιν δὲ ἐνδυφανθῆναι δὲ

p. 854.

p. 853.

Hæc & hujuſcemodi ſunt mandata interdictaque ad ceremonias ſpectantia; Præcepta porrò ad ſapientiam conducibilia ſic inde licebit elicere. Videtur legiſlator dicere: Nihil, ô anime, à te Deus exigit grave multiplex & arduum, ſed admodum ſimplicia quædam & facilia: videlicet ut eum tanquam bene meritum diligas, ſin minus, reverearis ut principem ac dominum: utque incedas per vias ei placitas, colaſque illum non obiter, ſed tota mente pio propoſito repleta, referta piis opinionibus: tum mandata ejus retineas firmiter, & juſta colas: ex quibus omnibus tum mundus in ſimili natura permanet, non mutatus, & reliqua quæ in mundo ſunt, proficiunt in melius; ſol, aut luna, ſtellæve cæteræ, aut cœlum ipſum univerſum. Quinetiam terra celſis attollitur montibus, aut in patentes campos liquidæ naturæ more diffunditur; vel mare vertitur in dulcedinem, aut flumina reſtagnant tanquam maria. Manent igitur horum ſingula intra præſtitutos ſibi ab initio, quando compoſita ſunt, fines: tuus autem profectus erit, ſi vivas innocens. Quid hic moleſtum eſt aut difficile? non juberis maria nunquam prius tentata trajicere, & tempeſtate furente in mediis fluctibus ſuſque deque jactari procellis inter ſe conflictantibus; non terreſtre iter emetiri per aſperos calles & invios, non itinera ingredi feris infeſtata & latronibus, non agere ſub divo excubias, expoſitus hoſtibus imminentibus & extrema intentantibus. Abſit vero: nihil moleſtum vel infauſtum de bonis prædicandum: in rebus tam præclaris bona verba uſurpanda. Satis eſt ſi annuat animus, mox in promptu erunt omnia. An neſcis Dei eſſe cœlum, tum hoc ſenſibile, tum illud intelligibile quod cœlum cœli dicere licet: terram item & quicquid ea continet, mundumque univerſum viſibilem atque inviſibilem ac incorporeum, ad cujus exemplum viſibilis eſt conditus? Et tamen ex toto humano genere ſelegit ſibi aliquot præcipuos, verè homines, quos ſummo honore dignatus eſt, vocans ad ſui cultum, perennem bonorum fontem, unde & cæteræ virtutes promanant; depromens ſimul ad hauſtum jucundiſſimum, potum, non ſecus ac nectar, ad parandam immortalitatem utilem. Miſerandi autem & infelices qui hoc virtutis potu non ſe obſectârunt, miſerrimi qui ne guſtum quidem honeſtatis unquam ceperunt, cum liceret ipſis de-

[f] πάνυ] Sic MSS. pro πάλιν, vide ſupra p. 852. Mox etiam pro ταυτα repone τὰτο. Sicut quoque MS. Coiſl. in margine.

[g] αὐτὸς] Omnino ex ſequentibus videtur reponendum ὁ κόσμος. Ibi vero etiam pro εἴ τι ἦ, ſcribe ἴστι δὲ.

[h] κυκλουμένους] Forſan κυλιομένους.

[i] οὐρανοῦ] Melius, ut videtur, ὁρατοῦ.

[k] ἀνενεχθεὶς] Ita MSS. pro ἀνενεχθὲν.

[l] πόνον] Nonnulli Codices πόθον. Omnino ſcribendum videtur ποτὸν, ut in præcedentibus.

liciari & hilariter degere in æquitate ac juſtitia. Verum iſti ſunt corde incircumciſo, ſicut ſcriptura loquitur, & contumaces propter morum duritiem, præfractè exilientes & jugum excuſſâ cervice recuſantes, quos lex his verbis admonet:

Deut. x. 16. *Circumcidimini cordis duritiem:* hoc eſt, ſuperflua mentis germina, qualia immoderati affectuum impetus ſeminaverunt & auxêrunt, vel prava animæ cultrix, inſipientia, plantavit, ſummo ſtudio excidite.

Ibid. *Et cavete*, inquit, *ne cervix veſtra dura ſit:* hoc eſt ne mens dura ſit & refractaria, neve data opera duretur ad ruditatem noxiam: ſed omiſſa intractabilitate nativa ut perniciosa, flectatur ad id quod decet, obſequendo naturæ legibus. Annon vides, circa ipſum Ens primarias maximaſque potentias, beneficam & ultricem? beneficam Deum nominant, quoniam hujus opera mundus conditus & ornatus eſt: alteram vero Dominum, penes quam eſt rerum uni-

Ib. ℣ 17. verſarum imperium. *Deus non hominum tantum, ſed & deorum eſt Deus, magnus, verè ens, & pollens potenſque.* Attamen hic tam immenſus virtute & potentiâ, miſeretur egenorum inopiæ, nec dedignatur eſſe judex in cauſa inquilini, pupilli, & viduæ: ſed poſthabitis regibus tyranniſque & magnatibus, humilem dictorum ſortem cura dignatur: inquilinos, quia relictis inſtitutis patriis vanitate mendacioque pleniſſimis, amore veritatis ad pietatem ſe tranſtulerunt, ſuppliceſque cultores facti ejus qui vere eſt, debito ſibi fruuntur privilegio, mercedem perfugii ad Deum conſecuti, auxilium ab ipſo: pupillos autem viduaſque; quoniam curatoribus utrique, hæ maritis, illi parentibus, orbati ſunt: quibus humana ope deſtitutis nullum præterea relinquitur auxilium. Ideo maxima ſpe, Deo, non deſtituuntur, ob propitiam ejus naturam quæ non averſatur hujus generis curam

Ib. ℣ 21. & patrocinium. *Sit*, inquit, *ſolus Deus tua gloriatio.* Non divitiis, non honoribus, non principatu, non corporis forma aut viribus, aut ſimilibus rebus, quibus homines veſani extolluntur, tibi placeas: cogitans primùm hæc ad bonorum naturam non pertinere, deinde mutari momento minimo, & priuſquam ſtabiliter efflorescunt, marceſcere. *Illi ſoli adhæreamus ſupplices:* ac ne devicti quidem ab hoſtibus æmulemur impietates eorum, in quibus tamen præ ſe

ἐπηρυφῆσαι δικαιοσύνῃ καὶ [m] ἰσότητι. Ἀλλ' εἰσὶν ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, ἣ φησιν ὁ νόμος, καὶ διὰ σκληρότητα τρόπων ἀφλοιᾶσαι, σκιρτῶντες [n] αὐθαδῶς, καὶ [o] ἀπαχθοντίζοντες, ὃς ναθετεῖ φάσκων· Περιτέμνεσθε τὰς σκληροκαρδίας· τόδε ἐστί, τὰς πρεπτὰς φύσεις τῷ ἡγεμονικῷ, ἃς αἱ ἄμετροι τῶν παθῶν ἔπαυξάν τε καὶ ζωπύξησαν ὁρμαί, ἐν ὁ κακὸς ψυχῆς γεωργὸς ἐφύτευσεν, ἀφροσύνη, μὴ ἀπαθὴς ἀποκείρασθε. Καὶ ὁ τραχηλος, φησὶν, ὑμῶν μὴ σκληρὸς ἔστω· τυτέστι μὴ ἀκαμπὴς ὁ νοῦς καὶ αὐθαδίζεσθω, μηθ' ὑπὸ τῆς ἄγαν σκαιότητος ὀρθηδρέπτω τῷ βλαβερωτάτῳ ἁμαθίαν· ἀλλὰ τὸ φύσει δύσροπον καὶ δύσκολον μεθέμενον ὡς ἐχθρὸν, μεταβαλλέτω πρὸς τὸ [p] εἰκὸς, πειθαρχήσαν νόμοις φύσεως. Ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι πρὸ τοῦ Ὄν αἱ πρῶται καὶ μέγισται τῶν δυναμένων εἰσὶν, ἥ τε Εὐεργέτις καὶ κολαστήριος; ἣ προσαγορεύει ἡ μὲν Εὐεργέτις θεὸς, ἐπειδὴ κτίσαντι ταύτῳ ἔθηκε καὶ διεκόσμησε τὸ πᾶν· ἡ δ' ἑτέρα κύριος, καθ' ἣν ἀνῆπται τῶν ὅλων τὸ κράτος. Θεὸς οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐστι θεὸς, μέγας τε ἐστιν, ὢν ὅλως, καὶ ἰσχυρὸς ἐν κράτει. Ἀλλ' ὅμως ὁ πατὴρ ἐν ἀρεταῖς καὶ δυνάμεσιν ἔλεον ἐν οἴκτον λαμβάνει τῶν [q] ἐν ἐνδείαις ὀρφανῶν· οὐκ ἀταξιῶν γλιαρὸς κριτὴς προσηλύτοις καὶ ὀρφανοῖς ἢ χήραις, ἀλλὰ βασιλέων καὶ τυράννων, καὶ τῶν ἐν μεγάλαις δυναστείαις ὑπερμάχων, τὸ ταπεινὸν τῶν λεχθέντων ἀξιοῖ [r] προνομίας· τῶν μὲν ἐπηλύτων, διὰ τόδε· καταλιπόντες ὅτοι τὰ πάτρια οἷς ἐπεφάνησαν, ψεύδους πλασμάτων γέμοντα καὶ τύφου, γενόμενοι ἀληθείας ἐραταὶ γνήσιοι, μετεχώρησαν πρὸς εὐσέβειαν· ἱκέται δὴ καὶ θεραπευταὶ ἔδ ὅλως ὄντες [s] ἀξίως ὄντες, τῆς προνομίας τῆς ἁρμοττούσης εἰκότως μεταλαμβάνουσι, καρπὸν ἐρασμίων τοῦ ἐπὶ τῷ θεῷ καταφυγῆς τοῦ ἀπ' αὐτοῦ βοήθειαν. Ὀρφανῶν δὴ καὶ χηρῶν, ἐπειδὴ κηδεμόνας ἀφῄρηνται, οἱ μὲν γονεῖς, αἱ δὲ ἄνδρας· καταφυγὴ δὲ ἀοίκητος τοῖς ὅλως ἐξ ἀνθρώπων ἐρήμοις ὑπολείπεται. Διὸ τῆς μεγίστης ἐλπίδος οὐκ ἀμοιροῦσι, τῷ θεῷ, διὰ τοῦ ἴλεω φύσιν αὐτοῦ, τοῦ προνοίαν καὶ ἐπιμέλειαν μὴ ὑποκρύπτεσθαι τῶν ὅλων ἐρήμων. Ἐγὼ δὴ, φησὶ, μόνος θεὸς, [t] αὔχημά σου καὶ μέγιστον κλέος· καὶ μήτ' ἐπὶ πλούτῳ, μήτ' ἐπὶ δόξῃ, μήθ' ἡγεμονίᾳ, p. 855. μήτε σώματος εὐμορφίᾳ, μήτε ῥώμῃ, ἢ τοῖς παραπλησίοις, ἐφ' οἷς εἰώθασιν οἱ κενοὶ φρενῶν ἐπαίρεσθαι, ζημιωθῇς· λογισάμενος ὅτι πρῶτον μὲν ἀμέτοχα ταῦτ' ἐστὶ [u] τ' ἀγαθοῦ φύσεως· ἔπειτα δὲ, ὅτι καὶ ἐξείαν ἔχει τοῦ μεταβολοῦ, μαραινόμενα τρόπον τινα πρὶν ἀνθῆσαι βεβαίως. Καὶ τὸ ἱκε-

[m] *ἰσότητι*] Sic MSS. pro *ἰσιότητι*. Vulgo enim apud Philonem conjunguntur voces *δικαιοσύνῃ* & *ἰσότης*. Vide p. 863.

[n] *αὐθαδῶς*] Ita MSS. pro *αὐθαδεῖς*.

[o] *ἀπαχθοντίζοντες*] Melius *ἀπαυχενίζοντες*· quod etiam confirmatur ex ſequentibus, *ὁ τραχηλος ὑμῶν μὴ σκληρὸς ἔστω*. Vide Suid. v. *ἀπαυχενίζω*.

[p] *εἰκὸς*] Anne *ἐπιεικές*? Ita Noſter lib. de Joſeph, p. 558. *πρὸς τὸ ἐπιεικὲς ἄγων καὶ ἡμερώτερον*.

[q] *ἐν*] Reſtitui ex Codice Vaticano.

[r] *προνομίας*] Scribe *πρώτοις*, ſicut etiam mox in ſequentibus *προνομίας—ἀμοιρούσης*, ibi rurſus repone *πρώτοις*. Sic infra p. 856. *πρώτοις καὶ κηδεμονίας ἀξιωθησόμενοι*. Item in hac paginâ, *πρώτοιαν καὶ ἐπιμέλειαν*.

[s] *ἀξίως*] Forſan redundat, vel ſcribendum *ἀληθῶς*.

[t] *αὔχημα*] Textus ſacer *καύχημα*.

[u] *τ' ἀγαθοῦ*] Melius *τοῦ Ἀγαθοῦ*.

σίας

σίας αὐτὸ παρεχώμεθα· καὶ μήτε [w] κεφλήσαντες ἐχθρῶν ζηλώσωμεν τὰς ἐκείνων ἐν οἷς δοκοῦσιν, ἀσεβείας, ἡμᾶς καὶ θυγατέρας πῦρ αὐτῶν [x] καταικίσαντες θεοῖς. Οὐχ ὅτι τὰ τέκνα πᾶσι πῦρ Βαρβάροις ἐμπιμπρᾶν δι' ἔθος ἐστίν· ἀ γὰρ ἅπτων ἐξηγέων) τὰς φύσεις, ὡς ἀ μέλις ἐχθρὰς ἀσυμβάτους ἐν πολέμῳ, ταῦτα τὰς φιλτάτας καὶ οἰκειοτάτας ἐν εἰρήνῃ δρᾶν ὑπομένειν· ἀλλ' ὅτι τὰς ψυχὰς τῷ ὄντι καταφλέγασι καὶ διαφθείρασιν ὧν ἐγέννησαν, ἐξ ἔτι παρεγένων ἀπαλαῖς ἔτι μὴ ἐγχαράττωσι τὴν ἀληθείας δόξας, περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ πρὸς ἀλήθειαν ἐντρέπειν θεοῦ. Μὴ δὴ ἡττηθέντες ἀναπέσωμεν καὶ ὑπαχθῶμεν τῇ ἐκείνων ἀτυχίαις, ὡς δι' ἀσέβειαν νενικηκότων. Πολλοῖς γὰρ ἐπ' ἐνίοις συμβαίνουσιν αἱ παραυτίκα εὐπραγίαι, δέλεαρ φθορῶν καὶ ἀνιάτων ἕσαι κακῶν. Εἰκὸς ἦ καὶ ἀναξίως ὄντας καλεσθῆν, ἀ δι' ἑαυτὰς, ἀλλὰ ὑπὲρ τοῦ λυπεῖσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι φθονερώτερον ἡμᾶς ἀφ' ὅσια δρῶντας· οἳ γυμνασθέντες ἐν πολιτείᾳ φιλοθέῳ, καὶ ἐνεγραφέντες νόμοις ἐπὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἀλείφουσι, καὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας παιδεύόμενοι τὰ κάλλιστα ἀνδράσι, τὸ μὲ ἐλιγωρεῖμεν, τὸ δ' ὡς ἀληθῶς ὀλιγωρίας ἀξίων ποιεχόμεθα· παιδιὰν μὲ τὰ πρεπόντα, [y] πρεπόντ ἦ τὰ παιδιᾶς ἄξια ἡγούμενοι.

pietatem ferunt, in honorem Deorum exurentes filios ac filias. Non quòd is mos liberos exurendi ſit omnibus barbaris: nec enim tam fero ſunt ingenio, ut injuriam, quam in bello ab infenſiſſimis hoſtibus abſtinent, in pace chariſſimis pignoribus inferre ſuſtineant: ſed quia re vera concremant corrumpuntque animas ex ſe prognatorum, dum ab incunabilis in teneras etiam tum non inſculpunt veritatis dogmata, unde unum verum Deum diſcere valeant. Cavendum igitur ne vel devicti ſuccumbamus & prolabamur in ſuperſtitiones eorum, quaſi pietatis merito adepti ſint victoriam. Multis enim infauſtæ contingunt præſentes felicitates, gravium & vix ſanabilium calamitatum eſca factæ. Quinetiam fieri poteſt ut quamvis indigni potiantur victoria non ſuâ de cauſâ, ſed ut dolore & mœſtitiâ nos conficiant: qui educati in divinitus inſtituta republica, & innutriti legibus ad omnem virtutem incitantibus, atque à prima ætate doctrina imbuti quæ viros maximè deceat, hæc contemptim habemus, contemptu autem vere digna æſtimamus, ludos ut ſeria, ſeria ut ludos habentes.

Καὶ μήτοι τις ὄνομα καὶ σχῆμα προφητείας ὑποδὺς, ἐνθουσιᾷν καὶ καθέχεσθαι δοκῶν, ἄγῃ πρὸς τὸν τῶν νενομισμένων κατ' πόλεις θρησκείαν θεῶν, οὐκ [z] ἄξιον προσέχειν, ἀπατωμένους ἐνέμασι προφήτου· γόης γὰρ, ἀλλ' ὁ προφήτης ἐστὶν ὁ τοιοῦτος· ἐπεὶ ἦ ψευδολογίας λόγους καὶ χρησμοὺς ἐπλάσατο, κἂν ἀδελφὸς, ἢ υἱὸς, ἢ θυγάτηρ, ἢ γυνὴ ἢ οἰκεῖος, ἢ γνήσιος φίλος, ἤ τις ἕτερος εὖνους εἶναι δοκῶν εἰς τὰ [a] ὅμοια ἀνάγῃ· προαιρείσθων ἀνασμυήζειν πᾶσι πολλοῖς, καὶ ὅπου τὰ αὐτὰ ἱερὰ καὶ τὰς αὐτὰς σπονδὰς ἀφικνεῖσθαι· κολασέον ὡς δήμιον καὶ κοινὸν ἐχθρὸν ὄντα, ὀλίγα φροντίσαντας οἰκειότητος καὶ τὰς εὐδαιμονίσεις αὐτὸ διαγελάσιον πᾶσι πᾶσι τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς, οἳ ἀνυπερθέτῳ τάχει τὸν κατ' ἀνδρὸς ἀνοσίου ἐπιδραμόντες) τιμωρίαις, κρίνοντες δικαίως τὸ κατ' αὐτὸ φονᾶν. Ἕως γὰρ ἡμῖν μία οἰκειότης καὶ φιλίας ἓν σύμβολον, ἡ πρὸς θεὸν θρέσκεια, καὶ τὸ πάντα λέγειν τε καὶ πράττειν ὑπὲρ εὐσεβείας. Αἱ ἦ ὁκ προγόνων ἀφ' αἵματος αὗται λεγόμεναι συγγένειαι, καὶ αἱ κατ' ἐπιγαμίας ἤ τινας ἄλλας ὁμοιοτρόπους αἰτίας οἰκειότητες, ἀπορριπτέσθωσαν, εἰ μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ τέλος ἐπείγουν), τῷ τῷ θεῷ τιμὴν, ἡ πάσης ἑνωτικῆς εὐνοίας ἄλυτος δεσμός ἐστιν· ἀντιλήψον) γὰρ οἱ [b] τοιοῦτοι ζημιωτέρας καὶ ἱερο-

Quod ſi quis ſumpto prophetæ habitu ac nomine, correptum ſe divino ſpiritu ſimulet, atque ita ad externorum deorum cultum invitet, cavendum eſt ne quis decipiatur à perſonato propheta: magus enim, non vates eſt: qui quoniam mendacia commentus eſt & falſa oracula, etiamſi frater aut filius, aut filia, aut uxor mater familias, aut amicus ſincerus, vel quivis alius ſpecie benevolentiæ ſeducere te ad impietatem ſtudeat, hortans cum gentilium vulgo ſentire, eademque ſacra & ritus frequentare, necandus eſt tanquam hoſtis publicus ſine reſpectu privatæ neceſſitudinis, ejuſque prava conſilia proferenda ad omnes pietatis amantes: qui abſque mora in ſceleſtum irruent, rati ſanctitatis officium talem hominem occidere. Debet enim nobis eſſe unica familiaritatis & amicitiæ teſſera, Deo placendi ſtudium, & dicendi faciendique pro pietate omnia. Cæterum cognationes ſive conſanguinitates deſcendentes à communibus majoribus, tum affinitates quæſitæ per connubia vel alias hujuſmodi cauſas, rejiciendæ ſunt, ſi non ad eundem finem tendunt, honorem Dei videlicet, qui omnis conjunctivæ benevolentiæ vinculum eſt inſolubile; nam talibus non deerit

Deut. xiii. 1.

Ib. ℣ 9.

p. 856.

p. 855.

[w] κεφλήσαντες] Forſan κεφλησάντων, ſcil. ἐχθρῶν, cui omnino ſenſus favet.

[x] καταικίσαντες] Vivos uſque ad necem comburentes, non ſolum per ignem tranſire facientes, ſicut nonnullis viſum. De quo Ritu, vide Deut. xviii. 10. 4 Reg. xvi. 3. Ezek. xxiii. 37. Jerem. vii. 31. Ubi ſic Hieronymus in locum, *In quo loco etiam filios ſuos in igne idolis conſecrarunt*, ſive etiam *Holocauſtum obtulerunt*. Huc etiam affer Plutarch. de Superſtitione. Porphyr. de Abſt. lib. 2. & dicta ſupra ad P. 375.

[y] πρεπόντως] Melius πρεπόντων, ut liquet ex contextu.

[z] ἄξιον] Forſan ἐξόν.

[a] ὅμοια] Forſan ἄνομα, vel ἀνόσια.

[b] τοιοῦτοι] Reſpicit præcedentia quædam, quæ videntur è Textu excidiſſe.

cognatio



130

cognatio ſanctior & honeſtior. Atteſtatur mihi lex ipſa, quæ naturæ placita & virtutem ſervantes, filios Dei nominat, dicens: *Filii eſtis* Deut. xiv. 1. *Domino Deo noſtro:* mirum ni, quia ſicut pater dignatur eos ſua cura & providentia: quæ cura tantum ab humana differt, quanto curator ipſe major eſt hominibus.

Præterea profanas initiationes orgiaque & inſuper hujuſmodi faſcinationes & incantamenta lex ſacra omnino ſubmovet è ſua republica: nolens tali ſua diſciplina educatos initiari, & figmentis fabuloſis incumbentes veritatem inſuper habere, noctiſque & tenebrarum opera ſectari, Ib. xxiii. 17. omiſſis quæcunque die & luce ſunt digna. *Nemo igitur ex Moſis diſcipulis initiet initieturve:* quando vel docere vel diſcere hæc juxta eſt nefarium. Cur enim, ô myſtæ, ſi hæc pulchra ſunt & utilia, clauſi profundis tenebris, tribus tantum quatuorve prodeſtis hominibus, cum liceat coram omnibus in medio foro utilitates iſtas proponere, ut omnes ad meliorem felicioremque vitam ſe liberè conferre poſſint; nam à virtute disjuncta eſt invidia. Celent ſe ſuaque præ pudore qui tractant illicita, ſeceſſuſque terræ obſcuros & abditos altamque caliginem petentes, occultentur, immanem ipſorum impietatem tegentes, ne quis videat; qui autem proſunt publice omnibus, in clara luce verſentur in foro medio, libere ſe in cœtus hominum ingerant, in illuſtri vitam ſuam proponant, & per præcipuos ſenſus juvent turbas mortalium: videntes ea quorum aſpectus & delectabit maxime & percellet, dulceſque ſermonum epulas auribus haurientes, qui mentes non prorſus indoctorum exhilarare ſolent. An non vides naturam quoque haud occultare ſua pulcherrima laudatiſſimaque opera, ſed in conſpicuo poſuiſſe cœlum cum ſideribus omnibus, tum ad viſum oblectandum, tum ad philoſophiæ deſiderium ingerendum? maria quoque, fontes, fluvios, aeriſque & ventorum ad annuas vices temperiem, ſtirpium animantium frugumque innumeras ſpecies prompſiſſe in uſumfructum hominum? Annon igitur oportebat nos quoque illam imitatos omnia neceſſario qui-

πρεπεστέρας ζυγενείας. Βεβαιῶται δέ μοι τὴν ὑποθεσιν ὁ νόμος λέγων, ὅτι οἱ τὸ ἀρεστὸν τῇ φύσει δρῶντες καὶ τὸ καλὸν, υἱοί εἰσι τοῦ θεοῦ. Φησὶ γάρ, Υἱοί ἐστε κυρίῳ τῷ θεῷ [c] ἡμῶν· δηλονότι προνοίας καὶ κηδεμονίας ἀξιωθησόμενοι τοῦ ὡς ἂν πατρός· ἡ δ' ἐπιμέλεια πολὺ [d] ἰδίοις τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων, ὅσονπερ εἶμαι καὶ ὁ ἐπιβλεπόμενος διαφέρει.

Πρὸς τούτοις ἔτι τὰ περὶ τελετὰς καὶ μυστήρια, καὶ πρὸς τῷ τοιούτῳ τερθρείαν καὶ βωμολοχίαν, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀναιρεῖ νομοθεσίας· ἐκ ἀξιῶν τοὺς ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ τραφέντας [e] ἐργάζεσθαι, καὶ [f] μυστικῶν πραγμάτων ἐκκρεμαμένους ὀλιγωρεῖν ἀληθείας, καὶ τὰ νύκτα καὶ σκότου κεκληρωμένα μεταδιώκειν, παρέντας τὰ φωτὸς καὶ ἡμέρας ἄξια. Μηδεὶς οὖν μήτε [g] τελείσθω τῶν Μωσέως φοιτητῶν καὶ γνωρίμων, μήτε τελείτω· ἑκάτερον γὰρ τό, τε μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκειν τελεταῖς, ὡς μικρὸν ἀνοσιούργημα. Τί γάρ, εἰ καλὰ ταῦτ' ἐστὶν, ὦ μῦσται, καὶ [h] συμφέροντα, συγκλεισάμενοι ἑαυτοὺς ἐν σκότῳ βαθεῖ, τρεῖς ἢ τέτταρας μόνους ὠφελεῖτε; πρὸν ἅπαντας ἀνθρώπους, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ τὰ τῆς ὠφελείας προθέντας· ἵνα πᾶσιν ἀδεῶς ἐξῇ βελτίονος καὶ εὐτυχεστέρου κοινωνῆσαι βίου· [i] φθόνος γὰρ ἀρετῆς διώκεσαι. Οἱ μὲν γὰρ τὰ βλαβερὰ περίττοντες αἰσχυνέσθωσαν, καὶ καταδύσεις ἐπιζητοῦντες ἐν γῆς μυχοὺς καὶ βαθὺ σκότος, ἐπικρυπτέσθωσαν, τοσοῦτῳ πολλοῦ ἀνομίαν αὐτῶν ἐπισκιάζοντες, ὡς μηδεὶς ἴδοι· τοῖς δὲ τὰ κοινωφελῆ δρῶσιν ἔστω παῤῥησία, καὶ μεθ' ἡμέρας διὰ μέσης ἴτωσαν ἀγορᾶς, ἐνδυόμενοι ξόμφοις πολυανθρώποις ὁμίλοις, ἡλίῳ καθαρῷ τὸν ἴδιον βίον ἀναυγάζοντες, καὶ διὰ τῶν κυριωτάτων αἰσθήσεων τοὺς ζυλλόγους ἐνήσοντες· [k] ὁρῶντας μὲν ὧν ἥδιστον ὁμοῦ καὶ καταπληκτικώτατον ὄψις, ἀκούοντας δὲ καὶ ἐσιωμένους λόγων πστίμων, εἰ δὲ τὰς διανοίας τῶν μὴ σφόδρα ἀμυήτων εἰώθασιν εὐφραίνειν. Ἆρ' οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἡ φύσις τῶν ἑαυτῆς ἀειδίμων καὶ παγκάλων ἔργων οὐδὲν ἀπέκρυψεν, ἀλλ' ἀσφαλῶς μὲν καὶ τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, εἴς τε τὴν δι' ὄψεως τέρψιν καὶ πρὸς φιλοσοφίας ἵμερον, ἀπέφηνεν· [l] πελάγη τε καὶ πηγὰς καὶ ποταμοὺς, ἔτι δὲ ἀέρος εὐκρασίαν ἀνέμων τε εἰς τὰς ἐτησίους ὥρας, φυτῶν τε καὶ ζώων, ἔτι δὲ καρπῶν [m] ἀμυθήτων ἰδέας, εἰς χρῆσιν καὶ ἀπόλαυσιν ἀνθρώπων; Εἶτ' οὐκ ἔχρην καὶ [n] ἡμᾶς ἑπομένους τοῖς ἐκείνης βουλήμασι, πάνθ' ὅσα ἀναγκαῖα προτι- p. 857.

[c] ἡμῶν] Forſan ὑμῶν. Sic enim ſcribitur in Textu ſacro.

[d] ἰδίοις τοῖς] Forſan ſcribendum ἰδίας τοῦ ſcil. ἐπιμελείας. Mox etiam pro ἐπιβλεπόμενος, repone ἐπιμελούμενος.

[e] ἐργάζεσθαι] Omnino ἐργαίζεσθαι. Quod etiam viſum Doctiſſ. Coteler. Monum. Eccleſ. Græc. Tom. 2.

[f] μυστικῶν πραγμάτων] Quidni vero, μυθικῶν πλασμάτων. Sic paſſim ſcribit Philo. ſupra p. 818. οἱ μυθικῶν ἀλογήσοι πλασμάτων. Lib. de Human. p. 705. ἀπὸ μυθικῶν πλασμάτων πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἀναγαγεῖν. Vide etiam p. 716. & 854.

[g] τελείσθω] Sequitur Noſter verſionem Græcam Deut. xxiii. 17. οὐκ ἔσται τελεστὴς ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελεσκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Quæ quidem interpretum Græcorum additamentum videntur, in Textu enim Hebræo deſiderantur. Vide tamen Theodoret quæſt. xxviii. in Deuter.

[h] Συμφέροντα] Si ferrent Codices reponerem ἱεροφαντοῦντες. Solenne enim tum Philoni, tum ſcriptoribus exteris μύστας & ἱεροφάντας conjungere, quorum hi magiſtrorum & antiſtitum, illi diſcipulorum & candidatorum gerebant perſonam, ἴκανοι. Vide etiam conſimilia lib. de Cain p. 259. & de Gigant. p. 291. necnon Iſmael. Bulliald. ad Theon Smyrn. Math. p. 222. Sic etiam optimè cum præcedentibus convenit μηδεὶς μήτε τελείσθω—μήτε τελείτω. Quinetiam ἱεροφαντοῦντας præcipuè alloquitur Noſter in ſequentibus. Sic vero lib. de Cherub. p. 116. ὅτι οὐ μόνον μύστης, ἀλλὰ καὶ ἱεροφάντης.

[i] φθόνος] Reſpicit Platonem in Phædro p. 247.

[k] ὁρῶντας, &c.] Melius ὁρῶντας—ἀκούοντας—ἐσιωμένους.

[l] πελάγη τε] Sic MSS pro δέ.

[m] ἀμυθήτων] Melius ἀμυθέτων. Sicut infra p. 859. φυτῶν καὶ ζώων ἀμυθέτων διαφορὰς. Vide etiam ſupra p. 635.

[n] ἡμᾶς] Ita MSS. Editi ὑμᾶς.

θέναι

θέναι πῖς ἀξίοις ° ἐπ' ὠφελείᾳ; Νωῦ ϗ Ζυμ-
ζαίνῃ πολλάκις τ̃ μ̃ ἀγαθῶν ἀνδρῶν μηδένα
μυείᾳζ, λῃσὰς δ' ἐςὶν ὅτε ϗ καλαπονλιςὰς, κὴ
γυναικῶν θιάσυς βδελυκλῶν ϗ ἀχολάϊων, ἐπὰν
λέγύεμεν ᾠδάχωσι πῖς τελῶσι ϗ ἱεροφανλῶσιν.
Ὑπερόεχοι δὴ πάνλες ἔτοι φυγαδεύέθωσαν πό-
λεως ϗ καλαςάσεως, ἐν ᾗ τὸ καλὸν καὶ ἡ ἀλή-
θεια δι' αὐτὰ τιμᾶται.

Ταῦτα μ̃ ὅπῃ πσῦτον· κοινωνίας ϗ φιλαν-
θρωπίας εἰσηγητὴς ὢν ἐν πῖς μάλιςα ὁ νόμ⊖, ἑκατέρας λέςῆς τ̃ ἀξίωσιν ϗ τ̃ Ζεμνό-
τηλα διετήρησεν, ἀδενὶ τ̃ ἀνιάτως ἐχόνλων ὅπι-
τρέψας καλαφυγεῖν ἐπ' αὐτὰς, ἀλλὰ πεῤῥαλάτω
ἀποσκορακίσας. Ἐπιςάμν⊖ γὰρ ἐν τ̃ ἐκκλη-
σίαις ὀλίγυς τ̃ μοχθηρῶν ἐπεισρέονλας, ϗ
ἵνα τὸ ζυνειλεγμένον πλῆθ⊖ λανθάνονλας, ἵνα
μὴ τ̃το γένῃ, πρεανείργ̃ πάνλας τὰς ἀναξίυς
ἱερᾶ ζυλλόγυ, τ̃ῳ δεχ̃ῳ ποιέμν⊖ ἀπὸ τ̃
νοσόνλων τ̃ῳ ρ ἀληθῆ νόσον ἀνδρογυνῶν· εἰ τὸ
φύσεως νόμισμα ᾠδακόπλονλες, εἰς ἀχολάϊων
γυναικῶν πάθ⊖ ϗ μορφὰς εἰσβιάζον). Θλα-
διὰς q γὰρ ϗ ἀποκεκομμένυς τὰ γενν̃ικὰ ἐλαύνῃ,
πό, τε τ̃ ὥρας ταμιεύονλας ἄνθ⊖, ἵνα μὴ ῥα-
δίως μαραίνειτο, ϗ τ̃ ἄῤῥενα τύπον μεταχαράτ-
τονλας εἰς θηλύμορφον ἰδέαν. Ἐλαύνῃ δ' ἃ μένον
πόρνας, ἀλλὰ ϗ τὰς ἐκ τ̃ πόρνης, ὑπιφερομένυς
μηλρῷον αἶχ⊖, διὰ τὸ τ̃ῳ πρώτῳ πορρὰν ϗ
γένεσιν αὐτ̃ῖς κεκιβδηλεῦλζ. Τόπ⊖ γὰρ ἔς⊖,
εἰ καί τις ἄλλ⊖ ὑπιδέχε) ἀλληγορίαν, φιλο-
σόφ̃ θεωρίας ὢν ἀνάπλεως. Τ̃ν γὰρ ἀσεβ̃ν ϗ
ἀνοσίων ὀχ ἓς τρόπ⊖, ἀλλὰ πολλοὶ ϗ διαφέροντες. Οἱ μ̃ γὰρ τὰς ἀσωμάτυς ἰδέας, ὄνομα
κενὸν ἀμέτοχον ἀληθ̃ς παράγμαλ⊖ εἶναί φασι,
τ̃ῳ ἀναϊκαιοτάτῳ ὐσίαν ἐκ τ̃ ὄνλων ἀναιρ̃νλες,
ἥτις ἐςὶν δεχέτυπον ᾠδάδεισμα πάνλων, ὅσα ποι-
ότητες ὐσίας, καθ' ἣν ἕκασον εἰδοποιεῖται ϗ διαμεμέρισται. Τ̃τυς αἱ ἱεραὶ τ̃ νόμῳ σ̃ῆλαι μηνύ-
σσι θλαδίας· τὸ γὰρ τεθλασμένον ἀφῄρη) τ̃ῳ
ποιότητι ϗ τὸ εἶδ⊖, ὃ ὐδὲν ἕτερόν ἐςιν, ἢ κυ-
ρίως εἰπεῖν ἄμορφ⊖ ὕλη. Οὕτως ἡ ἀναιρ̃σα
δόξα ἰδέας, πάνζα ζυζχεῖ, ϗ πρὸς τ̃ῳ ἀνωτέρων
τ̃ στοιχείων ᾳ ὐσίας τ̃ῳ ἀμορφίαν, ἀπὸ ζκιω̃ν
ἄγ̨· ἅ τί γένοιτ' ἂν ἀπόπώτερον; Ἐξ ἐκείνης γὰρ
πάντ' ἐγέννησεν ὁ θεὸς, ὀκ ἐφαπλόμν⊖ αὐτός·
ὃ γὰρ ἦν θέμις ἀπείρ̨ ϗ πεφυρμένης ὕλης ψαύειν
τ̃ ι ἁγνεύα καὶ μακάρεον· ἀλλὰ τ̃ ἀσωμάτοις
δυνάμεσιν, ὧν ν ἔτυμον ὄνομα αἱ ἰδέαι, καλε-
χρήσαλο πρὸς τὸ γένν⊖ ἕκασον τ̃ῳ ἁρμόλλσαν
λαβεῖν μορφ̃ῳ. Ἡ ϗ πολλ̃ῳ ἀταξίαν εἰση-

busvis dignis utenda proponere? Nunc autem
sæpe fit ut nemo bonus initietur, sed latrones
piratæque ac mulierum probrosarum & impudi-
carum sodalitia, modo pecunia numeretur ini-
tiatoribus. Procul vero semoveantur omnes isti
extra fines civitatis & reipublicæ, in qua virtus
& veritas suâ de causâ coluntur.

De his hactenus; cæterum quia societatem
humanitatemque maxime docet lex nostra, utri-
usque virtutis honorem & dignitatem conserva-
vit, neminem deplorate malum ad eas admit-
tens, sed quam longissime in rem malam able-
gans. Cum igitur sciret concionibus admisceri
multos improbos, ex turba frequenti facilè lati-
tantes, ne hoc fieret in posterum, omnes indig-
nos à sacro cœtu longè abigit, exorsus à semi-
viris obscœno morbo laborantibus, qui naturæ
monetam adulterantes, in impudicarum mulie-
rum affectum & formam præfractè degenerant.
Spadones enim & castratos arcet, quòd ut flo-
rem ætatis servarent diutius ne marcesceret, è
masculino sexu transcribi se passi sint in fœmi-
neam speciem. Pariter repellit non tantum
scorta, sed & natos è scortis, contactos materno
dedecore, propter natales adulterinos. Qui lo-
cus, si quis alius, allegoriam recipit, cum sit
plenus contemplatione philosophica. Impiorum
enim & scelestorum non unum genus est, sed
multa & varia. Quidam enim incorporeas ideas
nomen inane esse aiunt rei veræ nullius, tollunt-
que è rebus essentiam summe necessariam, quæ
est archetypum exemplar secundum quod res
quæcunque specificantur & terminantur. Hos
sacræ legis tabulæ spadones nominant. Quod
enim contusum est, privatur qualitate atque
specie, fitque nil aliud quàm (ut proprie lo-
quar) informis materia. Eodem modo opinio
quæ tollit ideas, confundit omnia, & insuper
istam informitatem quæ ante digesta in ordi-
nem elementa fuerat, confusionemque reducit,
quo quid cogitari potest absurdius? Ex ista
enim *confusione* creavit Deus omnia, licet eam
non attigerit: nec enim fas erat eam jam rudem
indigestamque contrectari ab illo felice ac be-
ato: sed incorporeis potentiis, quarum verum
nomen est ideæ, usus fuit ad apte formanda
singula genera. At ista opinio multam rerum

p. 857.

p. 858.

° ἐπ' ὠφελείᾳ] Melius ἐπωφελείας.

p θλαδ̃ς] Repone θέλειαν. Sic Noster lib. de Leg. Spec. p. 782. οἱ τότε θέλειαν τοτ̃ν ἰθιζόμνυ. Idem lib. de Vit. Contempl. p. 898. θέλειαν τοτ̃ν ταῖς ψυχαῖς ἀπεργαζόμνος ϗ ἀνδρογύνυς καλασκευάζων.

q γὰρ] Restitui ex MSS.

r διαμεμέρισται] Melius, ut videtur, πεφρατ̃ται. Sic lib. i. de Monarch. p. 817. ἑκάρω τ̃ ὄνλων ἰδιοτοιαῖς—τὰ ἄπερα—πεφρατ̃ται. Similiter emendandum censemus Nostrum lib. de Decem Orac. p. 747. ἡ ἀπειρία τ̃ ἀριθμ̃ ταύτῃ μεμερίσται. Ibi scribe πεφρατ̃ται.

s ὐσίας] MS. Coisl. ὐσίαν, idque forsan rectius. Mox vero ἀπὸ ζκιω̃ν ἄγ̨ omnino mendosè scribitur. Forsan haud ingenti literarum & soni discrepantia, ϗ ζύζχυσιν εἰσηγ̃ται. Sicut infra p. 858. ἡ ϗ πολλ̃ῳ ἀταξίαν εἰσηγ̃ται ϗ σύζχυσιν. Atque adeo sic verto.

t ἴδμενα] Melius ὐδαίμονα. Vide lib. de Nobil. p. 964.

v ἔτυμο,] Ita MSS. pro ἕτοιμον.

confuſionem inducit: ſublatis enim ideis unde qualitates ſunt, qualitates ipſas tollit pariter. Alii vero quaſi contenderent hos in impietatis ſtadio poſt ſe relinquere, reliquos immane quantum ſuperant, una cum Ideis Dei etiam inſuper exiſtentiam diſſimulantes, quaſi non vere exiſteret, ſed fingeretur ſolum ob hominum utilitatem. Alii vero metu illius qui ubique adeſſe & cuncta intueri videtur, ſteriles ſapientiæ, & atheiſmo pariter, impietatum maximæ, ſervientes, ſunt tertii generis homines: qui viam ingreſſi contrariam, comminiſcuntur deorum multitudinem, marum & fœminarum, ſeniorum & juniorum, replendo mundum multiplicis numinis argumentis, ut de uno vero Deo perſuaſionem eximant mentibus hominum. Hi ſunt quos lex figurate dicit *natos è meretricibus*. Quemadmodum enim hi quorum matres ſcorta, verum ſuum patrem neſciunt, nec poſſunt quemquam certum ſibi aſcribere, ſed multos & fere omnes qui *cum matribus* habuerunt ſtupri conſuetudinem: eodem modo agitur cum iis qui unum verum Deum ignorant. Multos enim & falſos fingentes cæcutiunt circa rem maxime neceſſariam, unius Dei cognitionem, quam vel ſolam vel maximè ab ipſis incunabilis tenere debuerant. Quæ enim diſciplina eſt honeſtior, quam veri Dei cognitio? Quartos autem quintoſque repellit, quamvis ad eundem finem tendentes, non tamen eodem cum cæteris conſilio. Utrique enim magnæ peſti obnoxii, hoc eſt, amori ſui, quaſi communem hæreditatem diviſerunt totam animam, conflatam ex partibus bruta rationalique. Nam alteri rationalem, hoc eſt, mentem, ſortiti ſunt: alteri vero brutam, diſſectam in ſenſus aliquot. Qui à mente ſtant, principatum & regnum in res humanas ei tribuunt, aiuntque idoneam retinendæ præteritorum memoriæ, tractandis præſentibus, & futuris per conjecturam aſſequendis. Hæc enim tellurem profundam camporum montiumque ſeminavit & plantavit, invenitque agriculturam, artem ad vitam utiliſſimam. Hæc navem proſpere currentem exſtruxit & diverſis terris commercia navigationis aperuit ratione vix enarrabili. Hæc literas, muſicam & encyclopædiam totam invenit ſimul abſolvitque. Hæc philoſophiam rerum optimam excogitavit, variiſque ejus partibus profuit vitæ humanæ: logicâ, ad interpretatio-

γῆται καὶ σύλληψιν· ἀναιρῶσα γὰρ ταῦτα δι' ὧν αἱ ποιότητες, ζωναναιρεῖ ποιότητας. Ετεροι δ' ὡς ἐν ἄθλοις κακίας, τὰ ἐπ' ἀσεβείᾳ νικητήρια ἀποδύσεις ἀρετῆς, προσυπερβάλλουσιν· ἅμα τὰς ἰδέας καὶ πρὸς ὑπαρξιν θεοῦ [x] ἀπικαλυπτόμενοι, ὡς οὐκ ὄντος, λεγομένῳ δ' εἶναι χάριν τοῦ συμφέροντος ἀνθρώποις. Οἱ [y] δὴ δι' ὀλιγάδειαν καὶ δοκοῦντος πάντη παρεῖναι καὶ πάντα καθορᾶν, ἄγονοι μὲν σοφίας, ἀπηνδρόνησεν δὲ τῷ μεγίστῳ κακιῶν ἀθεότητα, τρέτοι δέ εἰσιν, οἳ τῷ ἐναντίον ἔτεμον· εἰσηγησάμενοι πλῆθος ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, πρεσβυτέρων τε αὖ καὶ νεωτέρων, πολυαρχίας λέγων τὸν κόσμον ἀναπλήσαντες· ἵνα τῷ τοῦ ἑνὸς καὶ ὄντως ὑπόληψιν ἐκ τῶν ἀνθρώπων διανοίας ἐκλείμωσιν. Οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ συμβολικῶς ἐκ πίστης ὑπὸ τοῦ νόμου προσαγορευόμενοι· καθὰ γὰρ ὧν μητέρες πόρναι, τὸν μὲ ἀληθῆ πατέρα οὐκ ἴσασιν, ἔτ' ἀπηγορεύσαις δυάνη), πολλοὺς ἢ καὶ χιδὸν ἅπαντας τοὺς ἐραστὰς καὶ ὠμιληκότας, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἀγνοοῦντες τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν θεόν. Πολλοὺς γὰρ καὶ ψευδωνύμους ἀναπλάττουσιν, ἀφὶ τὸ [z] ἀναγκαῖον τὸν ὄντων τυφλώττουσιν, ὅπερ ἦ τέλος μόνον, ἢ πρώτιστον ἐξ αὐτῶν ἀπαργάνων εἰκὸς ἦν ἀναδιδάσκειν. Τί γὰρ μάθημα κάλλιον ἐπιστήμης τοῦ ὄντως ὄντος θεοῦ; Τεταρτοις ἢ καὶ πέμπτοις ἐλαύνει, πρὸς μὲ τὸ αὐτὸ τέλος ἐπειγομένους, ἀ μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν βουλευμάτων. Ἀμφότεροι γὰρ ζηλοῦται μεγάλης κακοῦ, φιλαυτίας, ὄντες, ὥσπερ τινα κοινὴν οὐσίαν διανέμαντο τὴν ὅλην ψυχὴν, ἐκ [a] λογισμοῦ καὶ ἀλόγου μέρους ζωωσῶσαν. Καὶ οἱ μὲ τὸ λογικὸν, ὃ δὴ νοῦς ἐστι, διακληρώσαντο, οἱ δὲ τὸ ἄλογον, ὅπερ εἰς τὰς αἰσθήσεις τέμνεται. Οἱ μὲν δὴ τοῦ νοῦ προσάται, τὴν ἡγεμονίαν καὶ βασιλείαν τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων [b] ἀνάγουσιν αὐτῷ, καί φασιν ἱκανὸν εἶναι καὶ τὰ παρελληλυθότα μνήμῃ διασώζειν, καὶ τὰ παρόντων ἐρρωμένως ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα εἰκότι στοχασμῷ [c] ἀνοσιάζει. Οὕτω γάρ ἐστιν ὁ γὴν τὴν βαθύγειον τῶν ὀρεινῆς καὶ πεδιάδα καταπείρας καὶ φυτεύσας, καὶ τὴν βιωφελεστάτην γεωργίαν εὑρών. Οὕτω ὁ τὸ [d] ἀρχὴν κατασκευάσας, καὶ τὴν χέρσα φύσιν πάντος λόγου ἀπινοίαις χρείτοσι πλωτὴν ἐργασάμενον. Οὕτω γεώμαλα καὶ μουσικὴν καὶ τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἐπενόησε, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἤγαγεν. Οὕτω καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν, φιλοσοφίαν, ἐγέννησε, ⟨ διὰ τῶν p. 859. μερῶν αὐτῆς ὠφέλησε τὸν ἀνθρώπινον βίον· διὰ μὲ τὸ λογικὸ, πρὸς ἀνεξαπάτητον ἑρμηνείαν· διὰ

[x] ἀπικαλυπτόμενοι] MSS. Vat. & Aug. ἀπκαλυπτόμενοι· idque, ut opinor, rectius. Vox enim iſta paſſim à Philone ſic uſurpata. Vide p. 537, 648, 759, 1013.

[y] ὃ δ'] Reſtitui ex MSS. Coiſl. & Aug. Mox vero ſic ſcribe & diſtingue, τρέτοι δέ εἰσιν· οἱ, &c. cui ſenſus loci abunde favet. Vide etiam infra p. 860.

[z] ἀναγκαῖον] Melius, ut videtur, ἀναγκαιότατον. Mox vero dele τέλος, cum deſit in MSS. & omnino redundet.

[a] λογισμοῦ] MSS. λογικοῦ, rectè. Sequitur enim τὸ λογικὸν.

[b] ἀνάγουσιν] Forſan ἀνάπλουσιν.

[c] ἀνοσιάζει] Nonnulli Codices ἀφοσιάζει. Quidni vero ἀφοσιάσας?

[d] ἀρχὴν καλασκευάσας] Omnino male: neque enim poterat doctrinæ cœleſtis cultor Philo cœli ſtructuram menti humanæ tribuere. Forſan ἀερίαν καλασκοπήσας, *Ex cæli contemplatione navem dirigens.* Sicut Noſter alibi lib. de Conſtit. Princ. p. 723. τὰς διὰ θαλάττης ἀτρεμοῦς ἐπιφάρεσθαι ὁμοῦ τὴν ἀερίαν θέαν. In MSS. ſcribitur ναῦν ἀερίαν. Unde alterius & forſan verioris lectionis ſe produnt veſtigia. Quidni enim à Philone ſcriptum, ναῦν ἀεροδρόμον καλασκευάσας.

δὲ

ἢ τῦ ἠθικῦ, πρὸς τὴν τ τρόπων ἐπανόρθωσιν· ἀφὸ ἢ τῦ φυσικῦ, πρὸς οὐρανῶν θεωρῦ τε καὶ κόσμου. Καὶ ἄλλα μθρτοι πολλὰ λέγουσιν ἐγκώμια τῦ ζυμφορήσαντός τε καὶ ἀγείροντας, ἔχοντες τὴν ἀναφορὰν οὗτι τὰ λεχθέντα [e] ἤδη, ἀλλ' ὧν ὁ καιρὸς ἐνοχλεῖν.

Οἱ ἢ τ αἰσθήσεων προστάται, τ ἔπαινον αὐτῶν εὖ μάλα [f] ἐυποιοῦσι, ἀριθμοῦντες τῷ λόγῳ τὰς ἀπ' αὐτῶν ἐγγινομθνας χρείας· καί φασιν ὅτι δύο μὲ αἴτια τῦ ζῆν ἐστιν, ὄσφρησις καὶ γεῦσις, δύο ἢ τῦ καλῶς ζῆν, ὅρασις καὶ ἀκοή. Διὰ μὲ ἂν γεύσεως, αἱ τ σιτίων τροφαὶ διαπέμπονται. Ἀφ' ἧς τ μυκτήρων ὁ ἀὴρ, ὃ πᾶν ζῶον ἐκπνέῃ. Τροφὴ δ' ἐστὶ καὶ ὅτῳ ἡ ζωοχὴς, ὃς οὐκ ἐγρηγορότας μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμωμθνους διατρέφει τε καὶ διασώζει. Σαφὴς ἢ πίστις· εἰ γὰ κἂν βραχύταλον ὁ τ ἀναπνοῆς διαυλῷ ἐπισχεθείη, καὶ τὴν τῦ πνεύματος ἔξωθεν ἐποχετευομένην πνεύμαλῳ ἀπεκοπήν, θάναλῳ ἀπαραίτητῳ· ἐξ ἀνάγκης ἐπακολυθήσει. Τῶν γε μὴν φιλοσόφων αἰσθήσεων, δι' ὧν πεφύκε ἢ τὸ εὖ ζῆν, ὅρασις μὲ φῶς τὸ κάλλιστον ἐν τ ὑσίαις ὁρᾷ, καὶ ἀφ' ἁφὴς τἄλλα πάντα· ἥλιον, σελήνην, ἀστέρας, οὐρανὸν, γῆν, θάλατταν, φυτῶν καὶ ζώων ἀμυθήτους διαφορὰς, καὶ ζωόλως πάντα σώματα, καὶ σχήματα [g] καὶ χρώματα, καὶ μεγέθη, ὧν ἡ θέα πρᾶτ' ἐν φρόνησιν ἐξεργάσατο, καὶ πολὺ ἵμερον ἐπιστήμης ἐγκύησε. Παρέχε ἢ καὶ ἄνθ' τούτων ὠφελείας ὅρασις ἡμῖν τὰς μεγίστας, εἴς τε τὴν οἰκείων καὶ ἀλλοτρίων καὶ φίλων διάκρισιν, καὶ βλαβερῶν μὲ φυγὴν, αἵρεσιν ἢ τῶν ἐπωφελῶν. Γέγονε μὲ ἂν καὶ τ ἄλλων ἕκαστον τῦ σώματος μερῶν πρὸς ἁρμοττούσας χρείας καὶ ζφόδρα ἀναγκαίας· ὡς βάσεις μὲ πρὸς πέδαλον, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα διὰ χειλῶν ἐνεργεῖται· χεῖρες ἢ πρὸς τὸ πράξαί τι καὶ δῦναι καὶ λαβεῖν· ὀφθαλμοὶ ἢ, ὥσπερεί τι κοινὸν ἀγαθὸν, τὴν τῦ δυνάσθαι καλορθῦν αἰτίαν καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι παρέχουσιν. Ὅτι ἢ τοῦθ' ὕτως ἔχει, ἀψυδέσταλοι οἱ πεπηρωμθνοι μάρτυρες· οἱ μήτε χερσὶ, μήτε ποσὶ δυνάμενοι ἢ τὸ βέλτιον, τὴν προσρησιν ἐπαληθεύειν, ἣν οὐκ ἐπ' ὀνείδει μᾶλλον ἢ οἰκτῳ θέσθ φασὶ τοὺς προτέρους, ἀδυνάτους [h] ὀνομάσαντες [i] θαυμασιώταλα· ἡ ἀκοὴ ἢ χρῆμα δι' ἧς μέλη καὶ ῥυθμοὶ καὶ πανθ' ὅσα κ τὴν μουσικὴν ἐπικρίνει. Ὡδὴ γὰρ κ λόγ, ὑγιεινὰ καὶ ζωτήρια φάρμακα· ἡ μὲ τὰ πάθη καθαίρουσα, καὶ τὸ ἄῤῥυθμον ἐν ἡμῖν ῥυθμοῖς, τὸ ἢ ἐκμελὲς μέλεσι, τὸ δ' ἄμετρον μέτροις [k] ἐπισομίζουσα. Ποικίλον δ' ἐστὶ κ πανοδαπὸν ἕκαστον, ὡς μουσικοὶ κ ποιηταὶ [l] μαρτυροῦσιν, οἷς

nem erroris expertem: ethicâ, ad morum emendationem: physica autem, ad cœli mundique cognitionem. Alias præterea permultas laudes mentis acervatim congerunt, quæ possunt referri ad jam dicta, nunc prætereundas brevitatis studio.

Alteri vero qui patrocinantur sensibus, haud minus eorum laudes extollunt, enumerando usus eorum necessarios; aiuntque duos ex his vivendi causam esse, gustum & olfactum, duos bene vivendi, visum auditumque. Quoniam per gustum alimenta trajiciuntur, per nares aer, quo totum sustentatur animal. Nam & is alimentum est continuum, non vigilantes solum, sed & dormientes conservans atque nutriens. Istud indicio sit: si tempore brevi cohibeatur respirationis currens & recurrens ductus, præciso spiritu qui solet externe influere, necessario sequitur animalis interitus. Quin & unus è philosophicis sensibus per quos homini contingit bene vivere, visus, lumen videt rerum pulcherrimum, & alia quoque hujus auxilio, solem, lunam, sidera, cœlum, terras, maria, stirpium animaliumque plurimas differentias, & in universum corpora, figuras, colores & magnitudines, quorum contemplatio absolutam prudentiam effecit, & magnum scientiæ desiderium excitavit. Quamvis & aliæ visus utilitates sint maximæ, in dignoscendis alienis & domesticis, amicis & inimicis, ut caveantur noxia, eligantur commoda. Sic aliæ quoque corporis partes suos usus habent valde necessarios: sicut pedes ad ambulandum, & ad alia quæcunque peraguntur crurum ministerio: manus ad operandum & dandum accipiendumque: oculi, ut bonum quoddam commune, & his & aliis partibus præstant facultatem perfungendi officiis. Id ita esse cæci testabuntur verissime, qui revera nec manus habent nec pedes, nomen suum re comprobantes, quod vel contumeliæ vel miseratione impositum aiunt ab antiquis, eos *impotes* vocantibus. Auditus quinetiam res admiranda, cujus ope carmina, rhythmos, totamque musicam judicamus. Cantus enim verbaque salutaria & salubria remedia: cantus quidem, excantando perturbationes animi, & quicquid in nobis dissonat, rythmis, mœstum, cantibus, quod mensura caret, metris exornans. Quibus in rebus singulis sunt varietates plurimæ, ut musici & poetæ testantur,

p. 860.

τ p. 859.

[e] ἤδη] Ita MSS. pro ἤδη.

[f] ευποιοῦσι] Omnino repone ζυμποιοῦσι. Sic Phil. lib. de Decem. Orac. p. 744. τὰς κενὰς δόξας συμποιοῦντες. Idem lib. de Fort. p. 738. ὅσα τύφῳ ἔοικε συμποιεῖν. Item lib. de Judic. p. 719. τὰ μηδενὸς ἄξια ζυμποιοῦντων.

[g] καὶ χρώματα] Restitui ex MSS. Vulgoque voces istæ χρώματα & σχήματα junctæ scribuntur. Sic supra de Plantat. p. 232. δι' ὀφθαλμῶν τὰς χρωμάτων καὶ σχημάτων ποιότητας διτριπίζουσα. Vide etiam p. 824, 1062. Platon. in Gorg. p. 465. & de Legibus lib. vii. p. 797.

[h] ὀνομάσαντες] Scribe ὀνομασάντων, scil. πρότερους. Vide lib. de Ebriet. p. 263. & ibi dicta.

[i] θαυμασιώταλα] Sic locum hunc scribe & distingue, ὀνομάσαντες. Θαυμασιώταλον ἢ ἡ ἀκοὴ χρῆμα, &c.

[k] ἐπισομίζουσα] Quidni ἐπικοσμοῦσα?

[l] μαρτυροῦσιν] Ita MSS. pro καρτυροῦσιν.

haud

haud contemnendi autores. Sermo vero retundendo impetus ruentes in vitia, & homines occupatos ab inſcitia ſimul ac imprudentia ad ſanitatem reducendo, mitioribus remediis obſequentes, aſperioribus renitentes, magnorum fit cauſa emolumentorum.

Hæc ſunt quæ vel mentis vel ſenſuum ingerunt patroni, dum ex his illave Deos faciunt, obliti veri Dei præ nimio ſui amore. Proinde omnes hos *lex ſacra* meritò pellit à ſacris cœtibus: tum eos qui ideas negant, tum prorſus Atheos ſpadones vocans, qui etiam exſecti dicuntur proprio vocabulo: & his contrarios qui genealogias deorum aſſerunt, quos ſcriptura *natos è meretrice nominat:* poſtremo qui amore ſui cæcati, vel mentem vel ſenſus conſecrant. Omnes enim hi ad eundem finem properant, etſi non eodem conſilio: at nos Moſis ſacri vatis auditores & diſcipuli non deſinemus eum Qui eſt quærere, cum ſciamus eſſe felicitatis finem illius noticiam, & longævam vitam *eos qui Deo adhærent vivere:* ſicut lex docet, dogma ponens tum neceſſarium, tum philoſophicum. Certum enim eſt Atheos cenſendos pro mortuis, eos vero qui ordinem ſuum juxta verum Deum tenent, vitam immortalem vivere.

Deut. iv. 4.

πισθύειν ἀναγκαῖον. Ὁ δὴ λόγος ἐπέχων καὶ ἀνακόπτων τὰς ἐπὶ κακίαν ὁρμὰς, καὶ τὰς κεκρατημένας ἀφροσύνας καὶ [m] ἀηδίας σκνοσηλεύων, καὶ μαλακώτερος μὲν τὰς ὑπείκουσας, σφοδρότερος δὲ τὰς ἀφιλονικούσας, αὐτὸς γίνεται τῶν ὠφελειῶν.

Τοιαῦτα ζωνείρους οἵτε τὰ νῦν θιασῶται καὶ τῶν αἰσθήσεων, οἱ μὲν σκεῖνον, οἱ δὲ [n] ταύτην θεοπλαγχνῶσιν· ὑπὸ φιλαυτίας σκληθόμενοι τῷ πρὸς ἀλήθειαν ὄντος θεῷ. Διὸ πάντας εἰκότως ἱερὸς ζυλλόγος ἐλαύνει, τούς τε τὰς ἰδέας ἀναιροῦντας, θηλείας, καὶ τοὺς κατὰ τὸ παντελὲς ἀθέους ὑπερπόων, οἷς ὄνομα οἰκεῖον τὸ ἀποκοπὸν ἔθετο· καὶ τοὺς ἐναντίας εἰσηγητὰς θεογονίας, ἃς σκάλεσεν ἐκ πόρνης· καὶ ὅλῃ πᾶσι τοὺς φιλαύτους, ὧν οἱ μὲν [o] λογισμὸν, οἱ δ' ἑκάστων τῶν αἰσθήσεων ἐξεθείωσαν. Ἐπείγονται γὰρ πάντες ἕτοι πρὸς τὸ αὐτὸ τέλος, εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄγονται βουλευμάτων. Ἀλλ' ἡμεῖς γε οἱ φοιτηταὶ καὶ γνώριμοι τοῦ προφήτου Μωσέως, τοῦ τὸν Ὄντος ζήτησιν ἀεὶ μεθησόμεθα, τοῦ ἀπεικάζοντος αὐτὸ τέλος εἶναι νομίζοντες εὐδαιμονίας, καὶ ζωὴν μακραίωνα, καθὰ καὶ ὁ νόμος φησὶ, τοὺς προσκειμένους τῷ θεῷ ζῆν· δόγμα τιθεὶς ἀναγκαῖον καὶ φιλόσοφον. Ὄντως γὰρ οἱ μὲν [p] ἄθλιοι τὰς ψυχὰς τεθνᾶσιν, οἱ δὲ τὴν πρὸς τὸν ὄντα θεὸν τεταγμένοι τάξιν, ἀθάνατον βίον ζῶσιν.

---

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

# ΜΙΣΘΩΜΑ ΠΟΡΝΗΣ

## ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΜΗ ΠΡΟΣΔΕΧΕΣΘΑΙ.

## DE

# MERCEDE MERETRICIS

## NON ACCIPIENDA IN SACRARIUM.

Deut. xxiii. 18.

ISTUD vero etiam egregium præceptum extat in ſacro legum codice, *ne meretricis merces inferatur in ædem Deo ſacratam*, fœminæ formam ſuam venditantis, & vitam probroſam profeſſæ quæſtus gratia. Quod ſi mulieris proſtitutæ profana ducuntur munera, quanto magis ſcortantis animæ, quæ ſe pro-

Πάντ' καλῶς ἐν τῇ ἱερᾷ τῶν νόμων στήλαις [a] κἀκεῖνο ἀναγέγραπται, μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι, πεπραχυίας τὴν ἰδίαν ὥραν, ἐλομένης ἕνεκα λημμάτων αἰσχρῶν ἐπονείδιστον βίον. Εἰ δὴ τὰ σώματα γυναικὸς ἑταιρηκυίας δῶρα ἀνίερα, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὰ σώματα ψυχῆς [b] πεπορνευμένης, ἣ παρέρριψεν

[m] ἀηδίας] Melius, forſan, ἀδικίας.
[n] ταύτῃ] Omnino ſcribe ταύτας, ſcil. αἰσθήσεις.
[o] ἄθλιοι] Ex Contextu reponendum videtur, ἄθεοι.

[a] κἀκεῖνος] Reſtitui ex Codice Mediceo. Ex eodem ſcribo ἀναγέγραπται. Editi γέγραπται.
[b] πεπορνευμένης] MS. Med. πεπορνευκυίας, ῆτις, &c.

ἑαυτὴν

ἑαυτὴν ἐπ' αἰσχύνῃ καὶ ὕβρεσι καὶ ἐχθραῖς, οἰνοφλυγίαις, ὀψοφαγίαις, φιλαργυρίαις, φιλοδοξίαις, φιληδονίαις, ἄλλαις μυρίαις παθῶν τε αὖ καὶ νοσημάτων καὶ κακιῶν ἰδίαις· ὧν τὰ μιάσματα [c] ἐκεῖνα τίς ἂν ἐκνίψαι χρόνος, ἔγωγε οὐκ οἶδα. Τῶν μὲν γὰρ ἑταιρῶν τὴν ἐρασίαν κατέλυσε πολλάκις γῆρας· ἐπειδήπερ ἐξώρους ἡμιμόρους οὐδεὶς ἔτι προσίσιν, ὀπωρανθείσης ὥσπερ τῶν ἀνθῶν τῆς ἀκμῆς. Ψυχῆς δὲ πορνείαν ἀκολασίᾳ ξυνηρέφῃ καὶ ξυνήθει [d] πεπαιδοτριβημένης, τίς ἂν αἰὼν μεταβάλλοι πρὸς σωφροσύνην; αἰὼν μὲν οὐδὲν ἄν, θεὸς δὲ μόνος, ᾧ δυνατὰ τὰ παρ' ἡμῖν ἀδύνατα. Δεῖ δὴ τὸν μέλλοντα θύειν σκέπτεσθαι, μὴ εἰ τὸ ἱερεῖον ἄμωμον, ἀλλ' εἰ ἡ ψυχὴ ὁλόκληρος αὐτῷ καὶ παντελὴς καθίστηκε. Διερευνάτω μέντοι καὶ τὰς αἰτίας, ὧν ἕνεκα ἀνάγειν αἰτεῖ θυσίας· ἤτοι γὰρ εὐχαριστῶν ὅτι προϋπηργμένοις εὐεργεσίαις, ἢ βεβαιότητος παρόντων, ἢ μελλόντων ἀγαθῶν κλήσιν αἰτούμενος, ἢ κακῶν παρόντων ἢ προσδοκωμένων ἀποτροπήν· ἐφ' οἷς ἅπασιν, ὑγείαν, καὶ ζωηρίαν εὐπορεῖν ὀφείλει τῷ λογισμῷ. Εἴτε γὰρ ὅτι προϋπηργμένοις εὐχαριστεῖ, μὴ ἀχαριστησάτω φαῦλος νομόμενος· πονηρὰ γὰρ ἐδόθησαν αἱ χάριτες· εἴτε βεβαιούμενος τὰ παρόντα ἀγαθὰ, καὶ χρηστὰ περὶ τὸ μελλόντων προσδοκᾶν, ἄξιον αὑτὸν παρεχέτω τῆς εὐπραγιῶν, αἰσθητὸς ὤν· εἴτε κακῶν φυγὴν αἰτούμενος, μὴ δραάτω κολάσεων ἐπάξια καὶ τιμωριῶν. Δύο γὰρ ἡμῶν ἑκάστῳ ξυνοικοῦσι [e] γυναῖκες ἐχθραὶ καὶ δυσμενεῖς ἀλλήλαις, τὴν ζηλοτυπίας τὸ ψυχικὸν οἶκον ἀναπιμπλᾶσαι φιλονεικιῶν. Τούτων τὴν μὲν ἑτέραν ἀγαπῶμεν, χειροήθη καὶ τιθασὸν καὶ φιλάτλην καὶ οἰκοπλάτλην [f] αὐτῆς νομίζοντες· καλεῖται καὶ ἡδονή. Τὴν δ' ἑτέραν ἐχθραίνομεν, ἀτίθασον, ἀνήμερον, ἐξηγριωμένην, πολεμιωτάτην ἡγούμενοι· ὄνομα δὲ καὶ ταύτης ἐστὶν ἀρετή. Ἡ μὲν οὖν προσέρχεται πόρνης καὶ χαμαιτύπης τρόπον, [g] τεθρυμμένη, κεκλασμένῳ τῷ βαδίσματι ὑπὸ τρυφῆς τὸ ἄγαν καὶ χλιδῆς, ζαλούσα τῷ ὀφθαλμῷ οἷς τὰς τῶν νέων αἰχισροῦται ψυχὰς, [h] θάρσος μὲν ἀναισχυντίας ἐμβλέπουσα, τὸ αὐχένα ἐπαίρουσα, πλέον τοῦ φύσεως ἑαυτὴν ὀρθιάζουσα, ζεσαρῦσα καὶ [i] κιχλίζουσα, πεζείρῳ ποικιλίᾳ τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας ἀναπεπλεγμένη, ἐγκεκαλυμμένη τὰς ὀφρῦς, θερμολουσίαις ἐπαλλήλοις

jecit in impudentiam & probra extrema, vinolentiam, gulam, voluptatum ſtudio, ambitioni, avaritiæ, aliiſque affectibus morbiſque & vitiis innumeris, quorum maculæ an ullo unquam tempore elui poſſint, neſcio. Nam meretricum quæſtui finem nonnunquam ſenectus imponit, quando exoletas adire nemo dignatur, poſtquam ætatis vigor floris in morem emarcuit. At fornicationem animæ jam eruditæ intemperantiâ coalitâ & conſuetâ, quæ tandem ætas in pudorem reducet? ætas certe nulla, ſed ſolus Deus, cui facilia ſunt, quæ nobis ſunt impoſſibilia. Oportet ſanè ſacrificaturum diſpicere, non ſolum ut hoſtia ſit macularum expers, ſed ut mens ejus integra ſit & perfecta. Diſpiciat itidem cauſas ob quas ſacrificia offerre in animum inducit; aut enim gratias agit pro acceptis beneficiis, aut præſentium confirmationem, vel futura ſibi precatur commoda, aut deprecatur mala præſentia vel imminentia: propter quæ omnia animo ſanitatem & ſalutem debet *ſtudiosè* comparare. Sive enim pro ante donatis aguntur gratiæ, ne pravus factus in ingratitudinis incidat vitium; in bonos enim *ſolos* conferri ſolent beneficia: aut ſi præſentia bona precatur ſibi perpetua, vel præclaram ſpem in poſterum, probitatis ſtudio dignum expetitis felicitatibus ſe præbeat: quod ſi adverſitates effugere poſtulat, caveat ne quod pœnis & ſuppliciis dignum admittat. Duas enim noſtrum quiſque uxores habet in ſuo contubernio, eaſque infenſas ſibi invicem, & animæ domum replentes contentionibus zelotypis. Harum alteram diligimus, eamque ut blandam, jucundam, nobiſque ipſis maximè amicam & familiarem exiſtimamus, quæ voluptas dicitur: alteram odio proſequimur, ut immitem, tetricam, acerbam, & nobis infeſtiſſimam rati, hæc virtus nominatur. Illa nos accedit habitu ſcorti & proſtitutæ, laſciva, fracto inceſſu præ mollicie, obtutu laſcivo inuncans animas juvenum, temeritatem & impudentiam præferens in oculis, elata cervice, ſupra nativam ſtaturam aſſurgens, ridens cachinnabundaque, arte curioſâ calamiſtrata, fucata faciem, pictis ſuperciliis, calidis

p. 861.

[c] ἐκεῖνα] Omnino malè. Quidni ἀνίκπλυτα? Sic enim Philo lib. de Leg. Spec. p. 790. ἀνεκπλύτους ἄγισιν, ὧν τὰ μιάσματα οὐδεὶς ἀνιψῇ χρόνος.

[d] πεπαιδοτριβημένης] Ita MS. Med. ſcil. ψυχῆς. Editi πεπαιδοτριβημένῳ.

[e] γυναῖκες] Hoc de duabus mulieribus commentum finxit Prodicus Ceus ſive Chius, teſte Clement. Alexand. Pæd. ii. c. 10. ubi videndus doctiſſimus & reverendiſſimus Editor. Huc etiam adde Xenophont. de Memorab. lib. ii. Cicer. de Offic. lib. 1. c. 32. & Joh. Stob. ſer. i. p. 29. Ambroſius vero, pro more hunc Philonis locum fere ad verbum reddidit. Lib. i. de Cain. c. 4. *Duæ enim mulieres unicuique, inimicitiis ac diſcordiis diffidentes, velut quibuſdam zelotypia contentionibus noſtra replentes animæ domum*, &c. Confer etiam cum lib. de Sacrific. Abel. p. 133.

[f] αὐτοῦς] Ita MS. Vat. pro αὐτῷ. Cui aſtipulatur Ambroſius ibid. *Una earum — quæ vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur ſociam ac domeſticam.*

[g] τεθρυμμένη] Sic MSS. pro τεθρομμένη. Ambroſius ibid. *Illa igitur meretricio procax motu, infracto per delicias inceſſu*, &c.

[h] θάρσος — ἐμβλέπουσα] Ita quoque Noſter p 161. Λίμνη ὑπ' ἀσιτίας ἐμβλέπουσα. Item p. 807. ὕφαιμα καὶ πύρωπα ἐμβλέπουσι. Homerum videtur reſpicere Odyſſ. x.

Πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς.

[i] κιχλίζουσα] Clem. Alexand. Pæd. ii. p. 196. ἡ δὲ ὁμιλὴς τῇ τρυφώσῃ ἔκλυσις εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γίνοιτο, κιχλισμὸν (melius forſan κίχλισμον vel κίχλυσμον) τρυσαγορεύει. Γέλως δέ ἐστι πορνικός. Unde emendandus videtur Heſych. v. κίχλησμον. γέλως ζφοδεσς, ſcribe πορνικός.

balneis frequentiſſimè utens, purpuriſſata, veſtes pretioſas floribus exquiſitè intextas induta, armillis & murenulis, mundoque muliebri cætero qualis ex auro & lapillis pretioſis confici ſolet cincta, ſpirans unguenta fragrantiſſima, forum pro domo habitans, in triviis proſtituta, defectu genuinæ formæ, aſcititiæ avida. Comites ejus & maxime neceſſariæ ſunt, vafricia, injuſtitia, nequicia, quarum in medio ſtans, tanquam chori ductor, ſic pertentat animum: Heus tu, omnium bonorum humanorum theſauri apud me ſunt reconditi (divinis enim fruuntur cælites) præterea nihil invenies. Hos ego theſauros, ſi mecum conſuetudinem habere cupis, proferam, eorumque quæ inibi inſunt uſum fructum plenum & liberum in perpetuum præſtabo. Reconditorum vero bonorum tibi recenſebo multitudinem, ut aut aſſentiens cum gaudio fruaris, vel averſatus non ignarus reſpuas. Apud me eſt relaxatio, ſecuritas, quies, laborum oblivio, colorum varietas, vocum toni dulciſſimi, luxus in cibo potuque, odorum ſuaviſſimorum plurimæ ſpecies, amores perpetui, luſus licentiſſimi, coitus liberrimi, ſermones ſine reprehenſione, actiones ſine caſtigatione, vita ſine ſolicitudine, ſomnus molliſſimus, ſatietas inexplebilis. Proinde ſi tibi placet meum contubernium, in hac omni copia parata & fluente quæcunque delectant maxime tibi largiar: id unicè agens ne quid deſideres eſu, potuve ſuave, aut oculis auribuſque gratum & naribus. Non deerunt quæcunque concupiveris, pluribus in abſumptorum locum ſubſcatentibus. Sunt enim in theſauris modo dictis perpetuò virentes arbores feraces aliorum poſt alios fructuum, recentibus & matureſcentibus maturos jam ac vietos protrudentibus. Hæc arbuſta nullo unquam externo civilive bello cæſa ſunt, ſed ex quo primum ea edidit, fovit radices eorum terra, tanquam bona nutrix, quaſi fundamenta profunde ponens, ſtirpes vero ſupra terram prominentes ad cœlum uſque attollens: unde rami enaſcuntur manibus pedibuſque animantium proportione non abſimiles; frondes etiam quaſi comas, tum ad tegumentum tum ornatum, effloreſcere feci, poſtque hæc inſuper fructus quorum cauſa *paravi* cætera.

χρωμένη, ἔρωτες εἰρεσιώνη, πολυτελεῖς ἀσπίδας ἐπιθυμίδων, ἄκρως ἀμπεχομένη· περιδρομίδια καὶ περιαυχένια, καὶ ὅσα ἄλλα χρυσῷ καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργηθέντα κόσμου ἐστὶ γυ- p. 862.
ʳ τὰς νέας] MSS. Aug. & Coisl. γένυς, scribe γενῆς vel γένυς, scil. genas. Cui etiam favent sequentia. Hesych. v. γένυσι, σιαγόσι. Γενύων, τῶν παρειῶν.

ˢ ἀκρασίας] Quidni ἀνανδρίας? Sic enim pag. præcedenti, τῶν μεγίστων κακῶν ἀνανδρίας καὶ μαλακίας ὑφηγητής.

ᵗ ζοβάδνας] Melius σοβαρούντας. Vide Hesych. v. σοβαρεῖ & σοβαρός.

ᵛ νεανιείαν] Sic MSS. pro νεανίαν. Mox etiam repone προσεπιτείνοντες.

Nunc

p. 783.

Ἀλλὰ γὰρ ἔνιοι τὰς Συβαριτῶν καὶ τὰς ἔτι τῶν λαγνιστέρων ὑπερθυμίας ζηλώσαντες, τὸ μὲν πρῶτον ὑψοφαγίαις καὶ οἰνοφλυγίαις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς γαστρὸς [x] καὶ μετὰ γαστέρα ἡδοναῖς ἐπησκήθησαν· εἶτα κορεσθέντες ἐξύβρισαν (ὕβρεν γὰρ κόρος γυναῖκα τίκτει) ὡς ὑπὸ φρενοβλαβείας λυττᾶν καὶ ἐπιμεμηνέναι, μηκέτ' ἀνθρώποις εἴτ' ἄρρεσιν εἴτε θηλείαις, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις ζώοις· ὥσπερ ἐν Κρήτῃ φασὶ τὸ παλαιὸν τῇ γυναικὶ Μίνω τοῦ βασιλέως ὄνομα Πασιφάῃ ταύρου ἐρασθεῖσαν, καὶ τῷ πάθει ζωφλάζουσαν ἕνεκα τοῦ θεῖ τὴν ὁμιλίαν ἀποτυγχάνοντος (ἀποτυγχανόμενον γὰρ ἔρως μᾶλλον ἐπιτείνεται) Δαιδάλῳ τῷ κατέχουσαν συμφορᾶν ἀνενεγκεῖν, ὃς ἦν τῶν καθ' αὑτὸν ἄριστος δημιουργός. Τὸν γὰρ πάνυ δεινὸν οἷον τε ἐπινοίαις ἔνθα τὰ αἰθέρια θηρᾶν, δόρυ κατασκευάσαι βοῦν, καὶ λαβὰ τοῦ ἑτέρας πλευρᾶς ἐνθεῖναι τῇ Πασιφάῃ· τὴν δὲ [y] ταῦρον ὁρμήσαντα ὡς ὄντι ζῶον συγγενὲς ἐπιβαίνειν· ἐγκύμονα δὲ γνομένην χρόνοις ὕστερον ἀποτεκεῖν μιξόθηρα τὸν καλούμενον Μινώταυρον. Εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλας ἔστιν Πασιφάας, ἀχαλινώτων ἐωμένων τῶν παθῶν, καὶ οὐ γυναῖκας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας ἐπιμανήσεσθαι θηρίοις, ἐξ ὧν γένοιτ' ἂν τέρατα παλίμφημα, μιαρύματα τῆς ἀνθρώπων ὑπερβαλλούσης βδελυρίας· δι' ἣν ἴσως καὶ αἱ τῶν ἀνυπάρκτων καὶ μεμυθολογημένων ἀγρίων φύσεις ἱπποκενταύρων καὶ χιμαιρῶν καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων ἔσονται. Τοσοῦτον δ' ἄρα τὸ προμηθὲς ἐν τοῖς ἱεροῖς νόμοις ἐστίν, ὥστ', ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν ἔκθεσμον ὁμιλίαν ἀνθρώπου προσίεσθαι, διείρηται, μηδὲν ἐᾶν ὑπό τινων ἑτεροφυῶν ὀχεύεσθαι. Τρέφουσι δὲ ἐνιαχοῦ ποιμένες Ἰουδαῖοι ἐπιβαίνειν ἡμιόνοις, ἀδὲ κέλητι χιμαίρᾳ, ἀδὲ βοῦν ἵππῳ· εἰ δὲ μή, τίσει δίκας, ὡς φύσεως δόγμα λύων, ἣ τὰ ἀνωλέθρως ἡμῖν διαμένειν ἐπιμελὲς ἀνοθεύμενα. Τοὺς ὀρεῖς ἔνιοι τῶν ὑποζυγίων ἀπάντων προτιμῶσιν, ἐπειδὴ τὰ σώματ' αὐτῶν πέπηγε καὶ σφόδρα νευρώδη), κἂν τοῖς ἱπποφορβίοις καὶ τοῖς ἱπποσάσιν ὄνους ὑπερμεγέθεις εἰς προσαγορεύουσι κήλωνας, ἀναβαίνουσι ἵνα τοῖς Ἑλλησι [z] ἀναβαίνωσι πώλοις· αἱ δὲ μιχλὸν ζῴων ἀποτίκτουσιν ἡμίονον, ἧς ἕνεκα φύσιν τῷ ὄντι εἰδὼς, ἀνακράτως ἀπεῖπε Μωϋσῆς καθολικωτέρᾳ προσάξει, τοῖς [a] ἀνομοίοις γένεσι μὴ ἐφεὶς ὀχεύειν ἢ ὀχεύεσθαι. Προνόησε μὲν ἂν ἀναλόγως τοῦ πρέποντος καὶ ἀκολούθως τῇ φύσει· μακρόθεν δ' ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς ἐσωφρόνισεν ἀνθρώπους, ἵν' ἐκ τῶνδε προμαθόντες ἄνδρες ὁμοῦ καὶ γυναῖκες ἀνέχωσιν ὁμιλιῶν ἐκνόμων. Ἐάν τε ἔν ἀνὴρ ὀχεύῃ τετράπουν, ἐάν τε γυνὴ ὑπὸ τετραπόδων ὀχεύῃ), θνησκέτωσαν καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ τετράποδα· οἱ μέν, ὅτι ὑπὲρ τὰς

Nunc quidam imitatores luxus Sybaritarum vel iſtis etiam laſciviorum primo comeſſationibus, & vinolentiæ, ventriſque eorumque quæ ſub ventre ſunt voluptatibus largè indulſerunt, dein ſatiati eo petulantiæ eruperunt (nam ſaturitas gignit petulantiam) ut rabie perciti inſaniant non jam in mares fœminaſve homines, ſed in brutas pecudes, ſicut narratur de Paſiphaæ Minois olim Cretenſis regis uxore: quæ amore tauri capta & tanto impotentius cupidine flagrans, quanto minus ſperabat concubitum (libido enim deſperans magis accendi ſolet) tandem affectum ſuum prodidit Dædalo, fabrorum ejus ætatis præſtantiſſimo. Is, ut erat artifex rerum inventu difficilium, vacca lignea exſtructa in ejus alterum latus immiſit Paſiphaen. Taurus ſui generis animal ratus in eam inſiliit, ipſa facta gravida, peperit monſtrum ſemiferum Minotaurum nomine. Probabile eſt vero fore & alias Paſiphaas, libidine infreni relicta, nec ſolum mulieres, ſed etiam viros inſanire in beſtias, unde naſcentur abominanda monſtra, immanis hominum impuritatis indicia, unde originem ducent fabuloſi centauri, chimæræ, aliaque ſimilia. Tanta vero fuit ſacrarum legum providentia cavendi ne homines polluerentur coitu nefario, ut diſerte cautum ſit ne admittantur pecudes diverſi generis. Hircum nullus paſtor Judæus ſinet in ovem aſcendere, nec in capram arietem, nec taurum ad equam admittet. Quod ſi fecerit, dabit pœnas, ut qui naturæ jura violaverit, cui curæ eſt ſumma genera genuina conſervare. Mulos quidam præferunt jumentis omnibus, quòd bene compacta nervoſaque habeant corpora, & in equarum paſcuis ſtabuliſque aſinos prægrandes, quos *calones* vocant, nutriunt, ut equas conſcendant; illæ pariunt mulos ſpeciei confuſæ animal, cujus genituram ut cum natura pugnantem vehementer interdixit Moſes edicto generali, nolens coitu miſceri animalia diſparia. Proſpexit igitur ei quod decorum eſt, naturæque longeque quaſi è ſpeculâ homines erudivit, ut ex his diſcant viri atque mulieres abſtinere à nefariis concubitibus. Proinde ſive vir ineat quadrupedem, ſive mulier eam admittat, necabuntur & homines & quadrupedes: illi quia ultra laſciviæ ipſius terminos pro-

p. 784.

[x] καὶ] Scribe καὶ τῶν, ſic Philo paſſim ſcribit, vide p. 137 & 1194.

[y] ταῦρον] Confer cum Clem. Alexand. Coh. p. 51. & dictis ibi ab Editore eruditiſſimo.

[z] ἀναβαίνωσι] Supra ſæpius uſurpavit ἐπιβαίνωσι.

[a] ἀνομοίοις γένεσι] Forſan ἀνομογένεσι. Sicut ſupra ὑπό τινων ἑτερογενῶν ὀχεύεσθαι. Item lib. de Conſt. Princ. p. 731. ἑτερογενῶν ὀχείας ἀπηγορευκώς. Noſter lib. de Human. p. 710. ἵνα τοῖς νόμοις πᾶσιν. Omnino ibi ſcribe ἀνομογένεσι. Confer cum Clem. Alex. Strom. ii. p. 478.

greſſi

greſſi ſunt, comminiſcendo nova genera libidinum, & voluptates inſolitas excogitando quarum vel narratio turpiſſima: hæ vero quia ſe præbuerunt probris talibus, & ne pariant abominandum aliquid, qualia naſci ſolent ex hujuſmodi piaculis deteſtabilibus; quinetiam illi, quibus decorum exiguæ eſt curæ haud uti velint talibus jumentis ad quodvis vitæ miniſterium, ea abominati & deteſtati aſpectumque etiam averſati: rati eorum vel ſolo attractu omnia contaminari. Quæ vero vitæ non ſunt utilia, ea nec vivere æquum, cum ſint *telluris inutile pondus*, ut quidam ait.

Præterea ſcortum lex ejicit è republica, ut honeſtate, pudore, ſobrietate ac cæteris virtutibus vacuum, & replens viros fœminaſque impudicitia, deturpanſque immortalem mentis pulchritudinem, ſolam vero corporis venuſtatem brevi perituram excolens, proſtituens ſe cuivis obvio, & florem ætatis quaſi in foro merces venditans, ad illectandos juvenes omnia tum dicens tum faciens; eadem *fœmina* committit inter ſe amatores ſuos, præmium turpiſſimum ſeipſam proponens ei qui plura dederit. Ergo ut peſtis labeſque & piaculum commune ſaxis obruatur, quòd naturæ donis abutatur, quæ virtutibus exornaſſe debuerat.

ὄρυς [b] ἀκρασίας αὐτῆς ἤλασαν, Κρεταὶ γὰμόμενοι παρηλλαγμένων ἐπιθυμιῶν, καὶ ὅτι ἡδοναὶς αἰδεσάτας ἐκαινούργησαν, ὧν καὶ ἡ διήγησις αἰσχίστη· τὰ δ', ὅτι τοιούτοις ἐνείδεσιν ὑπηρέτησε, καὶ ἵνα μηδὲν ἢ τέκνῳ ἢ γυναικὶ [c] παλίμφημον, οἷα εἰκὸς ἐκ τοιούτων μιασμάτων· ἄλλως τε, οἷς κἂν βραχὺ μέλῃ τοῦ πρέποντος, οὐκ ἔτι ἂν χρήσαιντο τοῖς [d] τοιούτοις θρέμμασιν εἰς ἀδεμίαν τοῦ βίου ὑπηρεσίαν, μυσαττόμενοι καὶ ἀποστρεφόμενοι, καὶ τὴν ὄψιν αὐτῶν δυσχεραίνοντες, καὶ νομίζοντες ὧν ἂν προσάψαιντο, καὶ σκεῦη· διὸ ἀκάθαρτ' εἶναι· τὰ δὲ μηδαμῆ χρήσιμα τῷ βίῳ [e] ἀ ζῆν εἶναι λυσιτελές, βέλτιον ἄχθος ἄνευ γῆς, ὡς εἴπέ τις.

Πάλιν [f] πόρνῃ καὶ τὸ ἱερὸν λόγιον ἀ παιδεύει ἡ πολιτεία, κοσμιότητος καὶ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἀλλοτρίαν· ἡ ἀναπίμπλασα τὰς ψυχὰς ἀνδρῶν ἐμοῦ καὶ γυναικῶν ἀκολασίας, τὸ μὲν τῆς διανοίας ἀθάνατον κάλλος αἰσχύνει, τὸ δὲ τοῦ σώματος ὀλιγοχρόνιον εὐμορφίαν πρετιμᾷ· παραρριπτοῦσα μὲν αὐτὸ τοῖς ἐντυχοῦσι, τὸ δ' ὥρᾳν ὥσπερ τι ὤνιον ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσα, ὅπου μὲν θήρα τῶν νέων, ἕκασα λέγει καὶ πράττει· τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων, αἴσχιστον ἆθλον αὐτῷ [g] προτιθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσιν. Ὡς λύμη δὴ καὶ ζημία καὶ κοινὸν μίασμα [h] καταλευσθῆναι, τὰς τῆς φύσεως διαφθείρασα χάριτας, ἃς ἥρμοττε καλοκἀγαθίᾳ προσεπικοσμῆσαι. p. 785.

## *De Adulterio.*

Adulteria vel deprehenſa vel probationibus idoneis convicta lex pœna capitali coercet; ſuſpecta autem noluit ab hominibus explorari, verum ad naturæ tribunal adduxit: quandoquidem penitus manifeſta cognoſcunt homines, Deus occulta etiam, qui ſolus animam introſpicit. Sic igitur zelotypo viro præcipit: Die dicta uxori, ſanctam civitatem pete cum ea: & ubi coram judicibus comparueritis, ſuſpicionem quæ te male habet detege, non ut calumniator aut inſidiator captans modis omnibus victoriam, ſed ut incorruptus inquiſitor veritatis, dolo amoto. At mulier in gemino conſtituta periculo, mortis & morte quavis gravioris ignomi-

## Περὶ Μοιχαλίδος.

Μοιχείας δὲ τὰς μὲν αὐτοφώρους [i] ἡ ἐναργέσιν ἐλέγχοις πιστωθείσας ἐνθένδε ὑπαιτίους ἀπέφηνεν ὁ νόμος· τὰς δὲ καθ' ὑπόνοιαν οὐκ ἐδικαίωσεν ἐξετάζεσθαι πρὸς ἀνθρώπων, [k] ἀλλ' εἰς τὸ τῆς φύσεως ἦγαγε δικαστήριον, ἐπειδήπερ ἄνθρωποι μὲν τὰ ἐμφανῶν ἐπιγνώμονες, θεὸς δὲ καὶ τὰ ἀδήλων, ὧν μόνῳ δυνατὸν ψυχῇ ἐναργῶς θεάσασθαι. Φησὶν οὖν τῷ ὑπονοήσαντι ἀνδρί· γράψαμεν πρόκλησιν, εἰς τὴν ἱερόπολιν ἴθι σὺν τῇ γυναικί, καὶ καλέσας ἐπὶ τὸ δικαστῶν ὑπογύμνωσον τὸ παράσου τῆς ὑπονοίας πάθος· μὴ ὡς ἄν τις ζυκοφάντης ἢ κακοτέχνων ὑπὲρ τοῦ πάντως νικῆσαι, ἀλλ' ὡς ἄν τις τῆς ἀληθείας ἀκριβὴς ἐξέτασις ἄνευ σοφιστείας. Ἡ δὲ γυνὴ δύο κινδύνους ὑπομείνασα, τόν μὲν ὑπὲρ ψυχῆς, τὸν δ' [l] αἰ-

[b] ἀκρασίας] Quidni ἀκολασίας, ut ſupra non ſemel monitum. Mox vero pro ἀηδεσάτας. In Cod. Med. ἀκηδεσάτας. Quidni reponatur ἀηδεσάτας, ob loci contextum?

[c] παλίμφημον] Sic MS. Bodl. pro δύσφημα. Sic quoque ſcriptum à Philone p. 783. παλίμφημα τίκτει. Utraque vox ab Heſychio agnoſcitur, παλίμφημα, κακόφημα, δύσφημα, βλάσφημα. Horatius,

*Male ominatis*
*parcite verbis.*

[d] τοιούτοις] Reſtitui ex MSS.

[e] ἀ ζῆν—πρέπτον] Sic MSS. In Editis ſcriptum, ζῆν εἰ καὶ λυσιτελές, ἀλλ' ὃν πρέπτον, &c.

[f] πόρνῃ] Similiter Noſter lib. de Joſeph. p. 533. παρ' ἡμῖν ἢ δὲ ἑταίρα ζῆν οὐκ ἔξεστι, ἀλλὰ κἂν ἡ ἑταίρουσα νόμιται δίκη θανάτου. Quibus etiam ſuffragatur Origenes cont. Celſum lib. iv. p. 182. θαυμαστὸν ἢ καὶ τὸ τοῖς νῦν ὑπεικαίμασι τὰς ἑταίρας ἀναιρεῖσθαι κατὰ τὰ πολιτείας αὐτῶν. Vide Grot. ad Mat. v. 27.

[g] προτιθεῖσα] Ita MSS. pro προθεῖσα.

[h] καταλευσθῆναι] Philo ſui oblitus videtur. Pœna enim lapidationis adulteris, non proſtitutis inflicta.

[i] ἡ] Reſtitui ex MSS. Ubi etiam deeſt ἐνθένδε, in ſequentibus, atque omnino redundat.

[k] ἀλλ' εἰς] Ita MS. Med. pro ἀλλά. Sicut infra p. 795. πρὸς τὸ τῆς φύσεως ἀχθὸς δικαστήριον.

[l] αἰσχύνης, τὸν] Sic MSS. Med. & Bodl. Editi αἰσχύνην βίου.

αἰσχύνης

χρώης, τῇ παντὸς δεξαλεώτερον θανάτῳ, κρινάτω παρ' αὑτῇ τὸ πρᾶγμα· κἂν μὲ καθαρσίῃ, θαῤῥοῦσ' ἀπολογείσθω· εἰ δ' ὑπὸ τῆ ξυνειδότος ἐλέγχοιτο, καταδυέσθω, προκάλυμμα τῶν ἁμαρτημάτων αἰδῶ [m] ποιησαμένη· τὸ γὰρ μέχρι τέλους ἀναιδῶς τετολμῆσθαι ὑπερβολὴ κακίας. Ἐὰν δ' ἀμφήριστος ᾖ τὰ λεχθέντα, ἡ μηδέτερον καθέλκῃ μέρος, ἴτωσαν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ στὰς ἀπαντικρὺ τῆς βωμοῦ, παρίστω τῆς κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἱερωμένης, δηλούτω τὴν ὑπόνοιαν. ἅμα δὲ κομίζων ἄλφιτον κρίθινον, εἶδός τι θυσίας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, εἰς ἔνδειξιν τοῦ μὴ κατ' ἐπήρειαν, ἀλλ' ἀπὸ [n] γνώμης ὑγιοῦς κατ' εὐσεβισμὸν εὔλογον αἰτιᾶσθαι. Ὁ δ' ἱερεὺς λαβὼν προσεινέτω τῇ γυναικὶ, καὶ τὰπίκρανον ἀφελὼν, ἵν' ὑπερέχῃ γεγυμνωμένη τῆ κεφαλῆ, τὸ τῆς αἰδοῦς ἀποκεκρυμμένη σύμβολον, ᾧ τε εἰς ἅπαν [o] ἀναιτίους ἔθος χρῆται. Μήτε δ' ἔλαιον, [p] μήτε λιβανωτὸς, ὡς ὑπὲρ τῶν ἄλλων θυσιῶν, παρίσω, διὰ τὸ μὴ ὑπὲρ χαρτοῦς, ἀλλ' ἄγαν ὀδυνηρῶς μέλλειν τῷ θυσίαν ὑπιτελεῖσθαι. Κρίθινον δ' [q] ἐστὶ τὸ ἄλφιτον· ἴσως ἐπειδὴ ὑπαμφίβολός ἐστιν ἡ ἀπὸ κριθῆς τροφὴ, καὶ ἀλόγοις ζώοις καὶ ἀτυχέσιν ἀνθρώποις ἁρμόζεται, σύμβολον δὲ τὴν μεμοιχευμένην ὁδὸν θηλέων διαφέρειν, ὧν ἀδιακρίτως εἶναι καὶ ἀνεπισάτους τὰς ἐχείας ξυμβέβηκε· τὴν δὲ καθαρεύσασαν τῶν ἐγκλημάτων, οἰκεῖον [r] ἀνθρώπων βίον ἐζηλωκέναι. Λαβὼν δὲ ὁ ἱερεὺς κεραμεῦν ἀγγεῖον, ἐγχείτω καθα-
p. 786. ρὸν ὕδωρ ἐκ πηγῆς ἀρυσάμενος, καὶ φερέτω βῶλον γῆς ἐκ τοῦ κᾶ τοῦ ἱεροῦ ἐδάφους, [s] ἅπερ οἶμαι, καὶ αὐτὰ ξυντείνειν πρὸς τὴν ἔρευναν τῆς ἀληθείας διὰ ξυμβόλων. Τὸ μὲν κεραμεῦν ἀγγεῖον, πρὸς τὸ μοιχεύεσθαι, διὰ τὸ [t] δυκατακλον· θάνατος μὲν, ἡ κατὰ μοιχῶν δίκη· ἡ δὲ γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς τὸ καθαρεύειν τῆς αἰτίας· ἐπειδὴ δι' ἀμφοτέρων αἱ γλίσεις καὶ αὐξήσεις καὶ τελειώσεις ἁπάντων. Ὅθεν ἑκάτερον οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐπεκόσμησε· τὸ μὲν ὕδωρ εἰπὼν δεῖν καθαρόν τι λαμβάνειν καὶ ζῶν, ἐπεὶ ἡ ἀνυπαίτιος γυνὴ καθαρεύει τὸν βίον, καὶ ζῆν ὀφείλει· τὴν δὲ γῆν οὐκ ἀπὸ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐδάφους, ὅπερ ἀναίκαιον [u] ἀρετῶσαν, ὡς καὶ γυναῖκα τὴν σώφρονα. Τούτων δὲ προδιατρεπισθέντων, ἡ μὲν ἀκαλακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ τὸ κρίθινον ἄλφιτον κομίζουσα, καθάπερ ἐλέχθη, παρίτω· ὁ δ' ἱερεὺς ἀνίκρυ τὸ κεραμεῦν ἀγγεῖον ἐν ᾧ ὕδωρ ἐστὶ καὶ γῆ, σὰς ὑπολεγέτω τάδε· "Εἰ μὲ τὰς ἐπὶ γάμοις θεσμὰς ὑ παβέβηκας, ὐδ' ἀνὴρ ἕτερος ὡμίλησέ σοι καθυφεμένη τὰ πρὸς τὸν

niæ, rem ipſa ſecum expendat, & ſi eſt innocens, purget ſe cum fiducia: quod ſi arguatur ſuapte conſcientia, ſatius fuerit ſe abdere, & peccatum pudore tegere: nam uſque ad finem impudenter perſiſtere pravitas eſt ſumma. Quod ſi lis nequeat dirimi, neutrius partis argumentis prævalentibus, ambo in templum eant; tum ma- Num. v. 14
ritus ante altare ſtans coram ſacerdote illius diei, ſuſpicionem ſuam prodat, ſimulque offerat pultem hordeaceam quaſi oblationem quandam pro uxore, ut appareat eum non malo ſed ſano animo certis de cauſis *uxorem* incuſare. Sacerdos vero *hordeum* acceptum mulieri porrigat, dein tegmen capitis detrahat, ut judicetur aperto capite, pudoris inſigniis exuta, qualibus pudicæ ſolum fœminæ uti ſolent. Atqui neque oleum neque thus, ut in aliis ſacrificiis adſit, quia non fauſta de re, ſed triſti oblatio peragitur. Puls autem adhibetur hordeacea: fortaſſis ideo quia hoc genus frugum ambigui eſt uſus, & pariter congruit brutis animalibus & pauperibus hominibus: quo ſigno ſubinnuitur, adulteram nihil differre à beſtiis, quæ ſine diſcrimine & ſine diſciplina ruunt in venerem: pudicam verò & puram à crimine, imitari vitam homini congruam. Pergit lex, jubens ut ſacerdos urnam fictilem aqua pura è fonte hauſta impleat, & terræ pulverem è templi ſolo collectum indat in eam: quæ eo ſpectare opinor, ut figurate ſignificetur veritatis inquiſitio. Nam urna fictilis eo quod facilis fractu eſt, adulteræ convenit, mors enim adulterii eſt pœna. Terra autem & aqua aſſumuntur, ad innocentiam ſignificandam: ſiquidem ambæ ſint cauſa generationis, incrementi, perfectioniſque rerum omnium. Nec temere utramque lex verbis honeſtavit, aquam puram vivamque adhiberi præcipiens: quia mulier inſons pura eſt mereturque vivere: terram vero non de quovis, ſed templi tantum ſolo deſumi, quod virtute præſtet neceſſe eſt, ſicut & mulier caſta. His ita paratis illa capite aperto accedat, ut dixi, pultem hordeaceam afferens: ſacerdos ex adverſo ſtans cum fictili aquam terramque continente, hæc verba pronunciet: "Ni violaſti ritus conjugales, nive cum alio viro congreſſa jura ejus qui tecum lege conjunctus eſt prodidiſti, inſontem & à

[m] ποιησαμένη] Melius, ut videtur, προσησαμένη, vel προφασισαμένη. Sic infra p. 788. σόφισμα τὸ βιοῦσθαι προσησαμένη τὸ πίστον.

[n] γνώμης] MSS. melius γνώσεως. Mox poſt γυναικὶ, redundat κᾶ.

[o] ἀναιτίους] Sic MS. Bodl. pro αἰτίους. Cui etiam fidem facit loci ſenſus.

[p] μήτε λιβανωτὸς] MS. Med. Editi λιβανωτόν. Ex eodem ſcribo παρίσω.

[q] ἐστὶ] Melius ἔσω. Item ἁρμόζεται, in ſequentibus.

[r] ἀνθρώπων] Deeſt in Cod. Bodl. & forſan redundat; vel dele, vel repone ἀνθρώπῳ.

[s] ἅπερ—αὐτὰ] Ita MS. Bodl. pro ὅπερ—αὐτό.

[t] δυκατακλον] Ita MSS. Vat. & Bodl. pro δυκλόν. Cod. Med. ὑθρεωσεν κᾶ τ δυκατακλον. Mox etiam fide codicum, ſcribo γὰ poſt θανατ.

[u] ἀρετῶσαν] Omnino ſcribe ἀρεστῶσαν.

crimine liberam ſcias te eſſe; quod ſi cum injuria mariti te implicaſti novis amoribus, vel ipſa amans vel amanti te præbens, proditis & corruptis neceſſitudinis & amicitiæ rationibus, ſcito te devotam diris omnibus, quarum indicia continuo oſtendes in corpore: I jam & bibe redargutionis poculum, quod incerta occultaque tua nudabit ac reteget." Eadem verba inſcripta chartulæ deleat aqua in fictili, moxque bibendam mulieri porrigat. Illa poſt potum abeat, expectata vel caſtitatis vel impudicitiæ mercede, ſummo vel honore vel dedecore. Nam ſi eſt paſſa calumniam, conceptum partumque ſperet, nihil de ſterilitate ſolicita: quod ſi culpa non caret, continuo ipſam invadent ventris inflatio tumorque, & immanes cruciatus uteri, quem purum ſervare marito noluit, cum quo in matrimonium rite convenerat. In tantum autem proſpicit lex puritati conjugii, ut etiam poſt legitimos complexus conjugum, nihil ſinat eos attingere, è lecto excitatos, prius quàm abluantur purificenturque, longe amovens tum ab adulterio, tum ab adulterii criminibus. Quod ſi quis viduæ, ſive defuncto ſive alias disjuncto marito, ſtuprum obtulerit, duplo leviore culpa quàm adulterii, cæterum & ejus ferè dimidia, non luet quidem capite, ſed quoniam vim & injuriam, impudicitiam & audaciam, res turpiſſimas, quaſi præſtantiſſimas amplexus eſt, ſiſtatur in judicio, mulctamque vel verba pro lubitu irrogent judices.

[x] νόμοι ζωιεληλυθότα δίκαια, ἀνυπαίτιος καὶ ἀθῷος ἴσθι· εἰ δ' ἀλιγώρησας τοῦ ἀνδρὸς, καινὰς ζηλώσασα ἐπιθυμίας, ἢ ἐρασθεῖσα [[y] ἢ ἐρασθέντι ἑαυτὴν δοῦσα, τ' ἀναγκαιότατα καὶ φίλτατα προδοῦσα & νοθεύσασα] μὴ ἀγνόει πᾶσιν ἀρᾶις ἔνοχος γεγυμνωμένη, ὧν τὰ δείγματ' ἀναφανεῖς ἐπὶ τῷ σώματί σου· [z] ἴθι δὴ καὶ ἔκπινε ποτὸν ἐλέγχου, ὃ τὰ κεκρυμμένα σε καὶ τ' ἀδηλούμενά σοι ἀπαμφιέσει καὶ ἀπογυμνώσει." [a] Ταῦτα γράψας ἐν χαρτιδίῳ καὶ ἀπαλείψας τῷ καὶ τὸ αἰγεῖον ὕδατι, προτινέτω τῇ γυναικί· ἡ δ' ἂν μὲν ἀπαλλατθέσθω, προσδοκῶσα ζωφροσύνης ἆθλον ἢ ἀκολασίας, τιμὴν ἀνωτάτω [b] τιμὴν ἢ τιμωρίαν. Εἰ μὲ γὰρ ζεσυκοφάντηται, ἀσφαλῶς καὶ γλύκησιν ἐλπιζέτω, τ' ἐπὶ σωφρόσει καὶ ἀγονίᾳ φόβων καὶ φροντίδων ἀλογοῦσα· εἰ δ' ἐστὶν ἔνοχος, [c] ἐφεδρεύσουσι] εἰς αὐτὴν γαστρὸς ὄγκος οἰδήσας καὶ πιμπλαμένης, & τ' ἐκ μήτρας δεινὴ κάκωσις, ἣν καθαρὰν οὐκ ἠξίωσεν ἀνδρὶ ἁφτηρεῖν, τῷ καὶ πάτερα γήμαντι. Τοσαύτην δ' ἔχει πρόνοιαν ὁ νόμος τοῦ [d] μηδ' ἐπὶ γάμοις νεωτερίζεσθαι, ὥστε καὶ τὰς ζωιόδους εἰς ὁμιλίαν ἀνδρὸς καὶ γυναῖκας καὶ τὰς [e] ἐπὶ γάμοις θεσμὰς, ὅταν δίκης ἀπαλλάττωσι, & πρότερον ἐᾷ τινος ψαύειν, ἢ λιβροῖς καὶ περιρραντηρίοις χρήσας, πόρρωθεν μοιχείας ἀνείργων, καὶ τ' ἐπὶ μοιχείᾳ ἐγκλημάτων. Ἐὰν δέ τις χήρας ἀποθανόντος ἀνδρὸς ἢ ἀφιζυχθεῖσαν ἄλλως, βιασάμενος αἰσχύνῃ, κυρότερον ἢ καὶ μοιχείαν ἁμάρτημα δρῶν, ἥμισυ κεδὸν ἐκείνου, τ' μὲν τοῦ θανάτου τιμωρίας ἀφιέσθω, βίαν δὲ καὶ ὕβριν & ἀκολασίαν καὶ θράσος, τὰ αἴσχιστ' ὡς καλλίστ', ἀποδεξάμενος, καταγορεύσθω, καὶ ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι [f] τιμάσθω τὸ δικαστήριον ἐπ' αὐτῷ. p. 787.

[x] νόμοι] Melius νόμῳ. Sicut p. 789. κόραις ἀγάμβροι νόμῳ. Vide p. 706. & Clem. Alex. Strom. ii. p. 473. Mox etiam ſcribe καινάς. Sicut p. 781. φιλεῖ καινὰ περὶ τ' παλαιῶν ἁλλοιοῦν.

[y] ἢ ἐρασθέντι, &c.] Hæc uncinis incluſa reſtitui ex MSS.

[z] ἴθι δὴ] Sic MSS. Coll. Nov. Editi ἴσθι.

[a] ταῦτα] Innuere videtur Philo imprecationes iſtas pelli fuiſſe inſcriptas, Joſephus Nomen Dei. Antiqu. lib. iii. c. xi. § 6. ἐπιγραφὴ μὲν ἦν τοῦ θεοῦ τ' τετραγράμματον. Textui ſacro cum Philone convenit, Num. v 23. καὶ γράψει ὁ ἱερεὺς τὰς ἀρὰς ταύτας εἰς βιβλίον, καὶ ἐξαλείψει εἰς τὸ ὕδωρ τοῦ πικρασμοῦ.

[b] τιμὴν ἢ] Reſtitui ut maximè ad ſenſum loci neceſſarium, ex MSS. Coiſl. Coll. Nov. & Aug.

[c] ἐφεδρεύσουσι]—ὄγκος] Sic MSS. Med. & Bodl. pro ἐφεδρεύσασι εἰς τ' γαστρὸς ὄγκοι in Editis. Item δεινὴ κάκωσις. Editi δεινὰ κάκωσιν.

[d] μηδ'] Melius μηδὲν.

[e] ἐπι γάμοις] Forſan ἐπιγαμίους.

[f] τιμάσθω] Scribe τιμάτω. Sicut Noſter quoque infra p. 800. & paſſim alibi. Sequitur novum Lemma in Codice Bodleian. περὶ φθορᾶς.

[g] φύσει] Scribendum φῦσα, ſcil. φθορά.

[h] αἰτῆς] Ita MSS. Vat. & Aug. pro αὐτῆς. Sic infra p. 789. ὡς ἰταίρους ταῖς αἰταῖς προσιχθέντες. Mox ex Cod. Med. poſt προπέτειαν, pro ἢ ſcribe καὶ.

τοῦ,

## *De Stupro.*

Germanum verò cognatumque adulterio crimen eſt ſtuprum, utrumque ex eadem matre, impudicitiâ, natum; quidam vero res turpes appellatione honeſtiore prætexentes amorem vocant, verum fateri erubeſcentes. Attamen quamvis cognatum, non eſt omnino ſimile: quia talis injuria non graſſatur per plures familias, ſicut adulterium, ſed ſiſtitur in unica virginis familiâ. Sic igitur objurgandus puellæ ingenuæ appetens: heus tu, mitte temeritatem & impudentem iſtam procacitatem, &

## Περὶ Φθορᾶς.

Ἀδελφὸν μὲν καὶ ζυγενὲς ἀδίκημα μοιχείας, φθορὰ, καθάπερ ἐκ μητρὸς μιᾶς, ἀκολασίας, [g] φυῦτα. Ἔνιοι δὲ τ' εἰωθότων ὑπρεπέσιν ἐνόμασι τὰ αἰσχρὰ ἐπικοσμεῖν, ἔρωτ' ἐνομάζουσι, ταληθὲς ὁμολογεῖν ἐρυθριῶντες. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ζυγενὲς, ἀ παντάπασιν ὅμοιον, τῷ τὸ ἀδίκημα οὐκ εἰς πλείους χωρεῖν οἰκίας, ὡς ἐπὶ τ' μοιχείας ζυμβέβηκεν, ἀλλ' εἰς μίαν ζωῆχθαι τὴν τ' παρθένον. Λειπόμενον δὲν τῷ κόρης [h] αἰτῆς ἐπιθυμοῦντι, προπέτειαν καὶ θράσος ἀναίσχυντον, ἢ τὰς ἐπ' ἐνέδρᾳ πηγὰς, ἢ τι τ' ὁμοιοτρόπων, ὦ ἄν-

τος, ἀποσφαῖς, μητ' [i] ἀναφανδον, μήτε λάθρᾳ πόνηρ@· ἐξελασθῆς· ἀλλ' εἴπερ ἄρα τι τῇ ψυχῇ πέπονθας πρὸς τινὶ παῖδα οἰκεῖον, ἴθι πρὸς τοὺς γονεῖς αὐτῆς, ἐὰν ζῶσίς τύχωσιν· εἰ δὲ μή, πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἢ ἐπιτρόπους, ἢ ἄλλους κυρίους, καὶ ἀπογυμνώσας τὸ ζαυτοῦ πάθ@, ὡς χρὴ τὸ ἐλεύθερον, αἴτει πρὸς γάμον, καὶ φιλοκαλίαν μὴ ἀναίδει@ λογισθῆναι. Σκαιὸς γὰρ ἰδεῖς ἅπας ἂν γένοιτο τῶν ἐπιμελουμένων τῆς παιδὸς, ὡς ἐναντιωθῆναι πρὸς λιπαρεστέρας δήσεις, καὶ μάλιστά [k] σε ἐπειδὰν ἐξετάσας ἀνευρίσκῃ μὴ καταψευσμένον ἢ ἐπιπόλαιον ἄλλως τὸ πάθ@, ἀλλ' ἐπαληθεύον καὶ παντελῶς ἐνιδρυμένον. Ἐὰν δέ τις λυτταῶν καὶ μεμηνὼς, ἅπασι πᾶς ἐκ λογισμοῦ πολλὰ χαίρειν φράσας, [l] δυνάσεται τ' εἶσον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑποβαλὼν, νόμῳ βίαν, ὡς φασί τινες, προλιμοτέρᾳ θάμν@, ἁρπάζῃ καὶ φθείρῃ, τ' ἐλευθέρας ὡς θεραπαίνας χρώμεν@, καὶ τὰ πολέμῳ δρᾶν ἐν εἰρήνῃ, πρὸς τοὺς δικασὰς ἀγέσθω· κἂν μὲν ᾖ πατὴρ τῇ βιασθείσῃ, βυλλούσθω πρὸς ἐγγύης τῆς [m] περὶ τ' ἐφαρμόττα, εἶτα ἐὰν μὲ ἀναδῷ, προικιζέτω τὴν παῖδ' ὁ φθορεὺς ἄλλῳ, ζημιούμεν@ χρήμασιν. Ἐὰν δ' ζυναινῇ καὶ ζυνεπιγράφῃ), μηδὲν ὑπερτιθέμεν@ ἀγέσθω, προῖκα πάλιν τὴν ἴσην ὁμολογῶν, καὶ μήτ' ἀναδύεσθ τὴν ἐξουσίαν ἐχέτω, μήτε παραιτεῖσθ· καὶ δι' αὐτὸν, ἵνα μὴ λαθνείας ἕνεκα δοκῇ μᾶλλον ἢ [n] ἡμέρᾳ τὰ νόμιμ' ἐφαρμόττειν· καὶ διὰ τὴν κόρην, ἵν' αὐτῆς τὸ πρὶν τὴν πρώτην ζώσαν ἀτύχημα παρηγορηθῇ βεβαιοτάτῳ γάμῳ, ὃν ἐδὲν ἄλλο τι ἢ θάνατ@ διαζεύξει. Ἐὰν δ' παρὸς ὀρφανὴ τυγχάνῃ, πρὸς τ' δικασῶν ἐρωτάσθω εἴτε βούλ') ζυνοικεῖν, εἴτε μή· [o] ἐάν τε ζ ζυναινῇ, ἐάν τε ἀρνῆται, τὰ αὐτὰ γενέσθω ἃ καὶ ἐπὶ ζῶντι διωμολογήσαλο τῷ παλρί.

define insidiosos laqueos vel quicquam tale tendere, neque vel palam vel clam improbus deprehendaris. Quod si virginis amore teneris, accede parentes ejus si forte vivunt: sin minus, fratres aut tutores, aut quoscunque in quorum est potestate: & amorem ingenue detegens pete illius conjugium, & ne te ut indignum fastidiant. Nemo enim ex puellæ curatoribus tam erit difficilis ut instantiores preces rejiciat, præsertim si habita inquisitione comperiat nec fictum nec alias levem amorem, sed citra fucum penitus insedisse præcordiis. Quod si quis agitatus insana rabie, rationibus omnibus ablegatis, appetitum & libidinem pro Dominii titulo habens, vi, quod dicitur, legi antepositâ, raptam vitiaverit, tanquam ancillis abutens ingenuis, & pacis tempore injurias belli perpetrans, ducatur ad judices. Tum si pater violatæ superfuerit, agat cum vitiatore de sponsalibus: quæ si ille recusarit, mulctetur pecuniis in dotem puellæ nupturæ alteri. Quod si assenserit, sine dilatione ducat eam, assignata dote nihilominus; nec ei cunctari tergiversarive liceat: vel suamet causa, ne videatur per libidinem non per amorem vitiasse; vel propter puellam, ut læsam ejus pudicitiam soletur connubio stabili, quale mors solum disrumpet. Sin autem orbata patre fuerit, judices percontentur pariter de voluntate ducendi: & sive assentiatur sive renuat, idem jus servetur quod vivente patre servatum fuisset.

Deut. xxii. 21.

Ib. ℣ 23.

## Περὶ ὑπογαμίου.

Μεθόριον ὑπολαμβάνουσί τινες ἀδίκημ' εἶναι φθορᾶς καὶ μοιχείας, ὑπογάμιον· ὅταν ὁμολογίαι μὲ ὑπερζυγήσωσι, μήπω δ' τ' γάμων ἐπιτελεσθέντων ἕτερ@ [p] ἀπαυλήσας ἢ καὶ βιασάμεν@ εἰς ὁμιλίαν ἔλθῃ· παρ' ἐμοὶ κρατῇ [q] μοιχείας καὶ τοῦτ' ἔστιν εἶδ@· αἱ γὰρ ὁμολογίαι γάμοις ἰσοδυναμοῦσιν, αἷς ἀνδρὸς ὄνομα καὶ γυναικὸς Ϲ τἄλλα τὰ ἐπὶ ζυνόδοις ἐγγράφε). Ὧν χάριν καταλεύειν ὁ νόμ@ ἀμφοτέρους προσέταξεν, ἐὰν ἀπὸ μιᾶς καὶ τ' αὐτῆς γνώμης ἐπιβῶν) τοῖς ἀδικήμασι [r] ζυμφρονήσαντες· οὐκ οἷόν τε γὰρ ἀπὸ μὴ τ' αὐτῶν ὁρμηθέντας βουλευμάτων, νομίζεσθ ζυναδικῆσαι. Παρὰ γὰρ τὰς τ' τόπων διαφορὰς

## *De Concubitu intercepto.*

Sunt qui putant medium quiddam esse inter stuprum & adulterium, interceptum concubitum, quoties sponsalibus contractis, nondum vero nuptiis celebratis, aliquis dolo aut vi cum desponsa rem habeat: me verò judice, hæc quoque species est adulterii. Nam sponsalia tantundem valent quantum nuptiæ, quando in solenni amicorum conventu mariti uxorisque nomina inscribuntur tabulis. Propterea lex utrosque jubet lapidibus obrui, si pari animo de flagitio convenerint; neque enim æquum est eos animo dispari ad facinus accedentes pariter reos haberi, cum non æquè peccaverint. Itaque pro

[i] ἀναφανδον] Sic MSS. pro ἀναφανῆς. Item πόνηρ@. Editi πονηρός.

[k] σε] Melius forsan γε.

[l] δυνασεία] Scribe δυνασείαν. Item ὑποβαλὼν, atque adeo sic verto.

[m] περὶ] Forsan πρός.

[n] ἡμέρᾳ τὰ νόμιμα] MSS. Med. & Aug. κατ' ἤρωΐα νόμιμον.

[o] ἐάν τε—ἀρνῆται] Sic MSS. Editi εἴτε ζυναινῇ καὶ ἀρνήσηται.

[p] ἀπαυλήσας] Omnino repone ἀπαλήσας. Hic enim fraus viribus opponitur.

[q] μοιχείας] Philoni cum Textu sacro convenit, Deut. xxii. 23. D. Leg. Jul. de Adult. lib. xiii. *Divi Severus & Antoninus rescripserunt, etiam in Sponsa hoc idem vindicandum. Quia neque matrimonium qualecunque, neque spem matrimonii violare permittitur.*

[r] ζυμφρονήσαντες] Melius, ut videtur, συμφωνήσαντες.

ratione

ratione loci reputatur crimen gravius aut levius. Merito enim habetur atrocius, ſi committatur intra mœnia: levius autem ſi extrà in ſolitudine. Hic enim nemo poterat ſuccurrere puellæ vociferanti, & nihil non dicenti & facienti ad ſervandam virginitatem immaculatam & intègram. In urbe vero præſto ſunt curiæ tribunaliaque, prætores, ædiles, magiſtratuſque cæteri, adhæc vicini univerſuſque populus. Innatum eſt enim etiam plebeiorum animis odium ſcelerum, quod quemvis obvium pro tempore iſto oſtendit propugnatorem & promptum defenſorem injuriam patientis. Itaque violentum ſtupratorem ubique ſua pœna ſequitur, nec excuſatur locorum differentia flagitium: puella vero eo quo dixi diſcrimine, vel meretur veniam, vel certum luit ſupplicium. Verum de hac curioſe debet judex inquirere, neque ſolum ex locorum ratione ferre ſententiam. Poteſt enim & in media urbe invitæ vis inferri, & extra urbem volens libenſque nefarium coitum admittere. Ideo recte cauteque lex patrocinatur ſtupratæ per vim in ſolitudine, dicens: *Vociferata eſt adoleſcentula, nec erat qui ſuccurreret.* Deut. xxii 27. Itaque ſi nec clamavit, nec repugnavit, ſed volens ſe præbuit, non eſt innoxia, quantumvis prætexat culpæ locum ſolitarium. In urbe quoque quid juvat pro caſtitate tuenda conanti omnia, ſed viribus ſtupratoris oppreſſæ? Quid enim ſi colligarit eam funibus? ſi os obturaverit, ut ne in clamorem quidem valeat prorumpere, quid tum ei proderit in propinquo habitantium vicinia? Quodammodo enim puella in urbe degens, eſt quaſi in deſerto poſita, utpote defenſoribus deſtituta: iſta vero in ſolitudine, lubenter abduci ſe paſſa, non differt ab altera in urbibus.

Sunt item quidam qui facile appetitus faſtidiunt facilius, mulieroſi ſimul & infenſi mulieribus, è diverſis promiſcuiſque conflati moribus, primis ſuccumbentes amoribus, qualeſcunque fuerint; quos cum refrenare fuiſſet ſatius, infrenes relinquunt, & tanquam cæci in quaſlibet res aut corpora inconſulto impingunt, præ impetu nimio omnia quaquaverſum ſubvertentes & confundentes, ipſi quibus afferunt malis paria patiuntur. Ad eos reprimendos hæc lex eſt oppoſita; ſi quis puellâ in uxorem legitimam ductâ, lb. ℣ 13. celebratis nuptiarum ritibus & epulo, nullum re-

αὔξεσ ζυμβέβηκε ϗ μειῶσ ταὐδίκημα. Μεῖζον μὲ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ἐστιν, εἰ πραχθείη κ᾽ πόλιν, ἔλατ᾽ον ἢ ταχέων ἔξω κατ᾽ ἐρημίαν. Ἐνταῦθα μὲ γὰρ βοηθὸς ἐδεὶς ἐστι τῇ παιδὶ, πάνθ᾽ ὅσα ωὲι τῦ ἁρπάσαι τὴν παρθενίαν ἄψαυστον ϗ ἀνεπιβούλευτον λεγύσῃ τε ϗ δρώσῃ· ἐν ἄστ ἢ βουλυτήρια, ϗ δικαστήρια, πρᾶγῶν, ἀγορανόμων, ἀστυνόμων, ἄλλων ἀρχόντων ὅμιλοι μεγάλοι, ϗ ζῳὼ τύτοις ὁ δῆμος. Ἔστι γὰρ ἐν ἑκάστῃ τῇ ψυχῇ, κἂν ἰδιώτης τυγχάνῃ, μισοπόνηρον πάθος, ὁ διακινηθὲν ἀποδεικνύει τ᾽ ἔχοντα, κατ᾽ ἐκεῖνον τ᾽ χρόνον ὑπέρμαχον καὶ προαγωνιστὴν αὐτοκέλευστον τῦ δέξασθαι ἠδικημένυ. Τῷ μὲ ἂν διαπραξαμένῳ τὴν βίαν ἔπειτ᾽ δίκη παραχῆ, μηδὲν ἐκ τ᾽ τ᾽ χωρίων διαφορᾶς διεγκαμένῳ πρὸς ἐπανόρθωσιν ὧν ὕβρισε ϗ παρῳνόμησε· τῇ γὰρ παιδὶ, καθάπερ ἔφην, τότε μὲ ἔλεος καὶ ζυγνώμη, τότε δ᾽ ἀπαραίτητος τιμωρία ωαρακολυθήσει. Καὶ ωρὸ ταύτης μή τοι πολυπραγμονητέον τῷ δικαστῇ, μὴ πάντ᾽ ἐπὶ τὰς τύπας ἀναφέρονσι. Δυοῖν γὰρ κ᾽ μέσων τὴν πόλιν ἄκυρα βεβιασῆν, ϗ ἔξω πόλεως ἔκυρα πρὸς ὁμιλίαν ἔκθεσμον ἐνδῦναι. Διὸ ωαραιτητέον ϗ ζφόδρα καλῶς ἀπολογύμενον ὑπὲρ τ᾽ ἐν ἐρημίᾳ φθειρομένης, φησὶν ὁ νόμος· "Ἐβόησεν ἡ νεᾶνις, ϗ ᵛ βοηθὸς οὐκ ἦν αὐτῇ." Ὡς᾽ εἰ μήτ᾽ ἐβόησε, μήτ᾽ ἠναντιώθη, βιαιομένη ἢ ζυναπῆρε, γένοιτ᾽ ἂν ἔνοχος, σόφισμα τῦ βεβιᾶσθαι δοκεῖν ωροσησαμένη τ᾽ τόπον. Καὶ μὴν ἐν πόλει τί γένοιτ᾽ ἂν ὄφελος τῇ πάντ᾽ ἐθελύσῃ ποιεῖν ὑπὲρ τ᾽ ἰδίας ἀτιμίας, ἀδυνατύσῃ δ᾽ ἕνεκα τ᾽ ωρὶ τ᾽ ὑβρισμὸν ἰσχύος; Τί γὰρ εἰ μὴ τ᾽ κάλων ἀποδήσειεν, ἢ τὸ σόμα ἀποφράξειεν, ὡς μηδὲ φωνὴν ῥῆξαι δυνάσθαι, γένοιτ᾽ ἂν ὄφελος ἐκ τῶν ζυνοικούντων; Τρόπον γάρ τινα ἤδε ʸ καίπερ ἐν πόλει διαιτᾶσα κατ᾽ ἐρημίαν ἐστὶν, ἅτε βοηθῶν ἔρημος· ᶻ ὁ γὰρ, κἂν μηδεὶς ωαρῇ τὴν χάνην, τῷ δ᾽ ἐκβόσα ᵃ ζυναπᾶραι, λέγοιτ᾽ ἂν ἐδὲν διαφέρειν τ᾽ ἐν ἄστει.

Εἰσὶ δέ τινες ωερὶ τὰς ὁμιλίας ἀψίκοροι, γυ- p. 789.
ναικομανεῖς ἐν τῷ αὐτῷ ϗ μισογυναῖοι, ζυγκλύδων ϗ μιγάδων ἠθῶν ἀνάπλεοι· οἱ τ᾽ ωρώταις ὁρμαῖς ἐνδιδόντες ὁποῖαί ωερ ἂν ὦσαι τυγχάνωσιν, ἂς ἠνιοχεῖν δέον, ἀχαλινώτως ἐῶσιν, ἀπερισκέπτως ϗ ἀπροορᾶτως σώμασιν ὁμοῦ ϗ ωράγμασιν ἐπεμπίπτοντες, ᵇ τυφλῶν τρόπον, ᶜ ἅτε ῥύμῃ ϗ φορᾷ βιαίῳ ζυνωθῦντες ϵ ἀναῤῥέποντες, οὐκ ἐλάττω ὧν διατιθέασι πάσχυσι. Περὶ ὧν τάδε νομοθετεῖται. Κόρας οἱ ἀγόμενοι νόμῳ, ϗ γάμυς θύσαντες ϗ ἑστιαθέντες, μηδὲν οἰκεῖον ἐπὶ τ᾽ γαμεταῖς πάθος σώζοντες, ἀλλ᾽ ὑβρίσαντες

ᶠ ἴχνια] Forſan ωροδαπανήματα.

ᵗ προαγωνιστὴν] Ita MS. Med. pro προδιαγωνιστὴν. Eſt enim vox iſta ſæpius à Philone uſurpata. Vide infra p. 798. Mox ſcribe τῇ βίᾳ.

ᵛ βοηθὸς] MS. Med. οἱ βοηθέσων. Sic quoque Textus ſacer.

ʸ καίπερ] Ita MS. Med. pro μέν.

ᶻ ὁ γὰρ] MS. Med. ἡ γὰρ, idque rectius, agitur enim de puellâ in loco deſerto vitiatâ. Ibi vero deeſſe videtur ad ſenſum ἐν ἐρημίᾳ.

ᵃ ζυναπᾶραι] Melius συναπῆρει. Sicut paulo ſupra βιαιομένη ἢ συναπῆρε.

ᵇ τυφλῶν] Quidni αἰθυῶν? Sic Noſter lib. iii. de Alleg. p. 89. σιτίων ἐμφορηθησόμενα αἰθυῶν τρόπον. Idem p. 173. τρόπον αἰθυίης πάντων ἀκλείστως ἐμφορεομ.

ᶜ ἅτε] Scribe ἅπαντα. Mox etiam pro σώζοντες, ex Analogiâ Grammaticâ ſcribendum σώσαντες.

καὶ ὡς ἑταίρας τ[ὴν] [d] αἰσαῖς προσενεχθέν[τ]ες· ἐὰν δ[ὲ] ζ[ώ]ζωξιν τεχνάζωσι, μηδεμίαν ἀπαλλαγῆς πρόφασιν ἀνευρίσκον[τ]ες, εἶτ' ἐπὶ τὸ ζυκοφαντεῖν τραπόμενοι, απάνευ τ[ῶν] φανερῶν ἐγκλημάτων, πρὸς τὰ φανῆ τρέπωσι τὰς αἰτίας, καὶ παρελθόν[τ]ες κατ[η]γορῶσιν, ὅτι [e] ὡς παρθένους δόξαν[τ]ες ζυνελήλυθέναι, [f] γυναῖκας ἐν τ[ῷ] πρώταις ὁμιλίαις ἐφώρασαν· ἀθροιζέσθω μὲ[ν] ἡ γερουσία πᾶσα πρὸς τὴν κρίσιν, [g] παρίτωσαν δ' οἱ τ[ῶν] καταγορευόντων γονεῖς, ἀπολογησόμενοι περὶ κοινῆ κινδύνου. Κίνδυνο[ς] γὰ[ρ] ἐ[ν] τ[ῷ] θυγατράσι μόνον περὶ τ[ῆς] τ[οῦ] ζωμάτων ἀγνείας ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπιμελητ[ρί]ας· ἐ μόνον ὅτι εἰς τ[ὸ] ἀναγκαιότατον τ[ῆς] ἀκμῆς καιρὸν ἐ παρεφύλαξαν, ἀλλ' ὅτι τὰς παρθένους τὰς ὑφ' ἑτέρων ἐφθαρμένας ἐνεγύησαν, ἀπατῶν[τ]ες καὶ φενακίζον[τ]ες τὸν λαμβάνον[τ]α. Εἶτ' ἐὰν περιγένων[τ]αι τοῖς δικαίοις, τιμάτωσαν οἱ δικασταὶ κατ[ὰ] τ[ὸν] τὰς ψευδεῖς αἰτίας πλασαμένων, χρημάτων ζημίας, καὶ τὰς διὰ πληγῶν εἰς τὰ σώματα ὕβρεις, καὶ τὸ πάντων σκέπτεσθαι, τιμῶ τ[ὸν] γάμων βεβαίωσιν, ἐὰν ὑπομένωσιν αἱ γυναῖκες αὐτοῖς ἔτι ζυνοικεῖν. Ταῖς μὲ[ν] γὰ[ρ] ἐφίησιν ὁ νόμος θελήσας καὶ μένειν ἐ ἀπαλλάττεσθαι, τὸν δ' ἀδετέρᾳ κυρίως ἀπέφηνεν, ἀνθ' ὧν ἐσυκοφάντησαν.

tinet erga ſponſam affectum maritalem, ſed tanquam meretricem fœminam ingenuam contumelioſè tractat: ſi diſceſſum molienti non occurrat cauſa idonea, dein ad criminandum converſus, non habet quod propalam exprobret, vertat ſe ad occulta crimina, dicendo in primis complexibus eam à ſe mulierem deprehenſam, non virginem: vocetur univerſus ſenatus ut judicet: adſint etiam accuſatæ parentes, communem cauſam acturi. In tali enim controverſia, quando de caſtitate corporis quæritur, non imminet periculum ſoli filiæ, ſed etiam ejus curatoribus: non modo quia uſque ad ætatis florem non cuſtodierunt natæ pudicitiam, verùm quia vitiatam ab alio deſponderunt pro virgine, fruſtrato & decepto qui eam duxit. Dein ſi hi litem vicerint, contra calumniatorem judices pro arbitrio decernant tum pecuniarum mulctam tum verbera: &, quod ei graviſſimum erit, matrimonii confirmationem, ſi modo uxor cohabitare ſuſtineat. His enim lex relinquit liberum, abire an manere malint: maritis eadem poteſtas non permittitur, propter recentem calumniam.

## Περὶ Ἀνδροφόνων.

Ὄνομα μὲ[ν] ἀνδροφονία κατ[ὰ] τ[οῦ] κλείναν[τ]ος ἄνθρωπον ἐπιφημίζε[ι]· τὸ δ' ἀληθὲς ἔργον ἐστὶν ἱεροσυλία, καὶ ἱεροσυλιῶν ἡ μεγίστη, διότι τ[ὸν] ἐν κόσμῳ κτημάτων καὶ κειμηλίων, ἀδὲν ἔστε ἱεροπρεπέστερον, ἔστε θειοδέστερόν ἐστιν [h] ἀνθρώπου, παλαιᾶς εἰκόν[ο]ς πάλαιον σκμαγεῖον, ἀρχετύπου λογικῆς ἰδέας ἀξιοθείσματι τυπωθέν. Τὸν ἕν ἀνδροφόνον λύθυς ἀσεβῆ καὶ ἀνοσιουργὸν ὑπολητέον, ἀνοσιουργημάτων καὶ ἀσεβημάτων τὸ μέγιστον δρῶντα, ἐν ἀμείλικτ' ἐργασάμενον ἀναιρετέον· ἐπειδὴ μυρίων θανάτων ἐπάξιος ὢν ἕνα ὑπομένει, διὰ τὸ τ[ῆς] τιμωρίας [i] ἀθάναλον εἰς πλῆθ[ο]ς μὴ πε-
p. 790. φυκέναι ζωαύξεσθ[αι]· χαλεπὸν δ' ἀδὲν εἰ τὰ αὐτὰ οἷς διέθηκε πείσε[ι]. Καίτοι πῶς ἐστι ταὐτὸν, εἰ καὶ χρόνοις [k] περάξει καὶ [l] βελήμασι καὶ προσώποις διαλλάττον ἔη; ἀρχὴ τὸ χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων ἐστὶ πρότερον, τὸ δ' ἀμυνάσθαι ὕστερον; καὶ ἀνδροφονία μὲ[ν] ἀξιομώταλον, ἡ δ' κατ' ἀνδροφόνων κόλασις νομιμώταλον; Καὶ ὁ μὲ[ν] κλείνας ἐκπεπλήρωκε τὸν ἐπιθυμίαν, [m] ὃν προηρεῖτ' ἀνελών· ὁ δ' πεπονθὼς, ἅτε γεγονὼς ἐκποδὼν, ἀδ' ἀντιδιαθεῖναι, ἅτ' ἀνεψηθῆναι δυνατός ἐστι. Καὶ ὁ μὲ[ν] ἐπιβουλεύων αὐτοχειρία

Homicidii nomen cædis humanæ reo imponitur, iſtud vero facinus eſt verè ſacrilegium, & ſacrilegiorum maximum; ſiquidem poſſeſſionum & donariorum in mundo nihil vel ſanctius vel Deo ſimilius homine, qui quidem ſigillum pulcherrimum eſt expreſſum è matrice pulcherrima, ad exemplar primariæ ideæ rationalis effictum. Ergo quilibet homicida confeſtim pro impio ſceleratoque habendus eſt ob perpetratum facinus impium atque nefarium, & debet è medio tolli ut maleficus. Meritus enim plurimas mortes exſolvit ſe unica, quia non fert eum affici pluribus facilis ad mortem è ſuppliciis via. Nec iniquum videri poteſt, ſi quod prior fecit, idem & ipſe patiatur. Quamvis idem non eſt, quod tempore, facto, propoſito, perſonaque diſtinguitur. An non injuria laceſſere prius eſt quàm vim vi repellere? nonne homicidium res injuſtiſſima eſt, ſicut è diverſo juſtiſſima homicidæ ſupplicium. Et interfector quidem cupidita explevit, ſublato è medio quem voluit: interfectus autem utpote longè amotus, nec injuriam poteſt reponere, nec ex ultione voluptatem ca-

[d] αἰσαῖς] Sic pro αὐταῖς MSS. Sic etiam ſupra p. 787. τῇ κόρῃ αἰσῶς ἐπιθυμοῦσι.
[e] ὡς] Reſtitui ex MSS.
[f] γυναῖκας—ἐφώρασαν] Ita MSS. Med. & Vat. Editi γυναῖκες ἐφωράθησαν.
[g] παρίτωσαν] Melius παρίσωσαν.
[h] ἀνθρώπου] Ad ſenſum loci deeſſe videtur ὃς ἐστι. Mox ex Cod. Med. pro δαιδάλισμα, ſcribo δαιδάλισμαι.
[i] ἀθάναλον] Forſan ἀθάνατον.
[k] περάξει] Melius περάξεσι.
[l] βελήμασι] Ita MSS. pro βουλήμασι.
[m] ὃν προηρεῖτ'] Sic MS. Bodl. idque rectè. Editi nullo ſenſu ὃν τρόπον ἠρεῖτ'.

pere. Atque ille ſuis manibus ſolus facinus perpetrat, huic vero fruſtra eſt ultio, niſi cognatis amiciſque propugnantibus ex affectu miſericordiæ. Si quis gladio petit aliquem occidendi animo, etiamſi non interficiat, pro reo habeatur, factus animo homicida, licet ſucceſſus conatui non reſponderet. Eandem pœnam ſubeat ſi quis non auſus cominus aggredi, conſiliis & dolis, necem machinatur: eſt enim & talis, ſi non manibus, animo tamen inquinatus. Quemadmodum enim hoſtes habentur non ſolum qui nos jam impugnant claſſibus aut exercitibus, verum etiam qui utroſque apparatus faciunt, & machinas admovent portubus ac mœnibus, etiamſi nondum ad manus venerint: ita homicidæ cenſendi ſunt non ſolum qui interimunt, ſed & qui nihil non conantur clamque palamque, ut interficiant, etiamſi non perpetrarint facinus. Quod ſi præ metu vel audacia, affectibus diverſis ſed pariter culpandis ad templum confugere audeant, quaſi aſylum *ibi* inventuri, prohibendi ſunt: ſin autem jam ſurrepſerunt, dedendi ſunt ad ſupplicium, cum hoc præconio: Hominibus nefariis in fano jus aſyli non deberi. Nam quiſquis malum immedicabile perpetrat inviſus eſt Deo: homicida autem lædit immedicabiliter, quia occiſus non poteſt in integrum reſtitui. Niſi forte innoxios ante ſolennem purificationem in templum non admittimus: pollutos verò ineluibili ſcelere, abolendo nulla mora temporis, dignabimur aditu ſacrarum ædium, quos ne privata quidem domus honeſti viri & ſanctitatem amantis reciperet. Ergo cum peccatum peccato cumulantes impietatem & ſacrilegium adjecerint homicidio, ducendi ſunt ad ſupplicium, non unam mortem meriti, ſicut ante dixi, ſed plures. Alioqui cognatis amiciſque per dolum necati non patebit templum quod homicidam excepit, qui nunquam ſub idem tectum ſuccederent. Iniquiſſimum autem fuerit propter unum multos, & propter injuriæ autorem excludi affectos injuria, qui tum nil pravi admiſerunt, tum in luctum conjecti ſunt præmaturum. Et fortaſſe legiſlator prudenter in futurum proſpiciens, præcavere

πέφυκε δι' αὐτῦ, τῷ ἢ ἀτελὴς ἐπίξδος, εἰ μὴ ζυγγενεῖς [a] καὶ φίλοι προαγωνίσαιντο, λαζόντες τῦ πάθυς οἶκτον. Ἐάν τις ἐπανατείνηται ξίφος, ὡς ἀποκτεῖναι, κἂν μὴ ἀνέλῃ, ἔνοχος ἴσω, [o] προαιρέσει γεγονὼς ἀνδροφόνος, εἰ καὶ μὴ τὸ τέλος τῇ γνώμῃ ζυνίδεσμε. Τὰ δ' αὐτὰ παχέτω, κἂν ζιὼ τέχνῃ τις ἐξ ἐνέδρας, ἢ θαῤῥῶν ἄντικρυς, [p] καὶ ἐπιχειρεῖν βελόμενος μηχανᾶται δολερῶς τὸ φόνον· ἐναγὴς [q] γὰρ καὶ ὅτος, εἰ καὶ μήπω ταῖς χερσὶν, ἀλλά τοι τῇ ψυχῇ καθίεκται. Ὥσπερ γὰρ, οἶμαι, πολεμίυς ἃ μόνον τὰς ἤδη ναυμαχοῦντας ἢ πεζομαχοῦντας νομιζέτω, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς ἑκάτερον παρισκευασμένυς, καὶ τὰς ἐλεπόλεις ἐφιςάντας τοῖς λιμέσι καὶ τείχεσι, κἂν [r] μὴ ζυμπλέκωνται, κρίνομεν· ὕτω καὶ ἀνδροφόνυς χρὴ νομίζειν ἃ τὰς κλίνοντας αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς πάντα δρῶντας εἰς τὰνιλεῖν, ἢ φανερῶς ἢ λάθρᾳ, κἂν μὴ τὸ ἀδίκημα ὦσιν εἰργασμένοι. Ἐὰν ἢ καὶ ὑπὸ δειλίας ἢ θεράσυς [f] μαχομένων καὶ ἁπλήπλων παθῶν, καταφεύγειν τολμῶσιν εἰς τὸ ἱερὸν ὡς ἀσυλίαν ἐρησόμενοι, κωλυτέον· κἂν φθάνωσι παρεισδυόντες, ἐκδοτέον ἐπ' αἰναιρέσει, ταῦτ' ἐπιλέγοντας· ἀσυλίαν ἀνίεροις τὸ ἱερὸν μὴ παρέχειν. Πᾶς γὰρ ὁ ἀνίαλα δρῶν ἐχθρὸς θεῷ· ἀνδροφόνοι δ' ἀνίαλα δρῶσιν, ἐπεὶ καὶ οἱ ἀνδροφονηθέντες ἀνίαλα πεπόνθασιν. Ἢ τοῖς μὲ μηδὲν ἡμαρτηκόσιν, ἕως ἂν ἀποπλύσωνται καὶ [t] περιῤῥαινόμενοι καθαρθῶσι τοῖς ἐνθόσι καθαρσίοις, ἄβατός ὁ νεώς ἐσι· τὰς δ' ἐνόχυς ἀνεκπλύτους ἄγεσιν, ὧν τὰ μιάσματα ὑδεὶς ἀπονίψει χρόνος, ἄξιον ἐπιφοιτᾶν καὶ ἐνδιαίρίβειν τοῖς [v] ἔδεσιν· ὃς ὑδ' ἂν οἰκία δέξαιτο κοσμίων ἀνδρῶν, οἷς μέλει τ' ἐσίων; Προτιθέντας ὖν ἀδικήματα ἀδικήμασιν, ἀνδροφονίᾳ ἀθεμιςίαν καὶ ἀσέβειαν, ἀναγκαῖον ἀπάγειν δώσοντας δίκλω, τὰς, ὡς ἔφλω, ἄξια μυρίων θανάτων ἀχ ἑνὸς εἰργασμένυς. Ἄλλως τε, τοῖς ζυγγενέσιν ἢ φίλοις τὸ δολοφονηθέντος ἀποκεκλείσθω τὸ ἱερὸν, εἰ ὁ ἀνδροφόνος ἐνδιατρίβοι, μὴ ἂν [x] ὑπομείνασιν εἰς ταὐτό ποτ' ἐλθεῖν. Ἄτοπον ἦ, ἑνὸς ἕνεκα τὰς πολλὰς, καὶ τῷ ἀθεμιςοτάτῳ τὰς ἀθεμιςηθέντας, ἐξελαύνεσθαι, οἳ πρὸς τῷ μηδὲν ἁμαρτεῖν [x] ἔτι καὶ πένθος πρόσορον ἀνεδέξαντο. Τάχα μὴτοι ἐ τὰ μακρὰν ὀξύτητι λογισμῷ πεφυκὼς ἐπιβλέπειν,

p. 791.

[a] καὶ] MSS. ἢ.

[o] προαιρέσει] Vulgatum apud Veteres tum Græcos tum Romanos, voluntatem pro actu habendum. Unde Jure civili qui cum telo ambulavit, interficiendi cauſa, licet non interfecerit, pro homicida plectendus. D. Lex Cornel. de Sicar. & Venef. *Lege Cornelia——tenetur, qui hominem occiderit quive hominis occidendi furtive faciendi cauſa cum telo ambulavit. Divus Hadrianus reſcripſit,——qui hominum non occidit, ſed vulneravit ut occidat, pro homicidâ damnandum.* Aliter viſum Judæis & præcipuè Phariſæis, quos Dominus noſter ideo reprehendit, Mat. v. 28. Locus inſignis eſt apud Joſeph. Antiqu. lib. xii. c. 13. ubi Polybio vitio dat quod voluntatem Antiochi pro actu punitam exiſtimaverit: τὸ γὰρ μηδέν ποιῆσαι τὸ ἱερὸν βιαζόμενον οὐκ ἰσὶ τιμωρίας ἄξιον. Vide locum, & Grotium ad D. Mat. v. 27.

[p] καὶ] Redundat, ut opinor. Sic ſcribe & diſtingue, ὁ θαῤῥῶν ἄντικρυς ἐπιχειρεῖν, βελόμενος, &c.

[q] γὰρ καὶ] Ita MSS. Med. & Aug. Verbis tranſpoſitis pro καὶ γὰρ, &c.

[r] μὴ] Forſan μήπω.

[f] μαχομένων] MS. Med. μισυμένων, & ſic forſan rectius.

[t] περιῤῥαινόμενοι] Scribe περιῤῥαναίμενοι. Sic infra p. 809. περιῤῥαναιμένοι καὶ ἀπλυσάμενοι. Item lib. de Somniis p. 598. καθαρσίοις περιῤῥαναίμενοι ἱεροῖς. Huc vero pertinet iſtud Demoſthenis adv. Leptinem p. 312. ὁ δρακων φοβερὸς καὶ σκυθρωπὸς καὶ δεινὸς, τὸ τῦ αὐτόχθονος ἄλλο χρῶμα, ἐ γεγραμμένον χιτῶνα ἐρυθρὸν τὸν ἀνδροφόνου, στυγνὸν, κεκλικότα, ἱερῶν, ἀγορᾶς, &c. Vide Platon. de Leg. lib. ix. p. 865.

[v] ἔδεσιν] Videtur deeſſe ἱεροῖς.

[x] ἔτι] Reſtitui ex MSS. Mox ex eiſdem, pro ὀξύτητι ſcribo ὀξυντία. Sic enim Noſter alibi ſæpius.

πρὸς τὰ

πρωνόησε μὴ φόνον ἐν τῷ ἱερῷ γιγνέσθαι καὶ τὰς ἐπιφοιτήσεις τῶν ζῶντος ἀναιρεθέντος, ὡς σοργὴ, πάθος ἀδύνατον, ὥσπερ τὰς ἐνθυσιαζούσας καὶ καλουμένους προκαλέσασθαι, μονονοὺχ αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι τὸν ἀνδροφόνον· ἃ γιγνόμενα ζυμβήσεταί τι τῶν ἀνοσιωμάτων· αἵματι γὰρ ἀνδροφόνων αἷμα θυσιῶν [a] ἀναπραθήσει), τὸ καθοσιωμένον τῷ μὴ καθαρῷ. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα, κελεύει καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν βωμῶν ἐκδιδόναι τὸν ἀνδροφόνον. Ἀλλ' οἱ μὲν ξίφεσιν, ἢ δορατίοις, ἢ βέλεσιν, ἢ ξύλοις, ἢ λίθοις, ἤ τισιν ὁμοιοτρόποις ἀναιροῦντες, δυσὶν), μὴ προβεβουλευμένοις, μηδ' ἐκ πολλοῦ παρ' αὐτῶν λελογισμένοις τὸ ἄγος, ἐκ ταυτομάτου διανοηθέντες, καὶ θυμῷ δυναστοτέρῳ χρησάμενοι λογισμοῦ, δρᾶσαι τὸν φόνον, ὡς ἡμίεργον τὴν πρᾶξιν εἶναι, τὸν διανοίας μὴ προκαταλειφθείσης ἐκ μακροῦ τοῖς μιάσμασιν. Εἰσὶ δ' ἕτεροι πονηρόταποι, χεροὶ καὶ γνωμαῖς ἐναγεῖς, οἱ μάγοι καὶ φαρμακεῦται, σχολαῖ ἐ ἀναχώρησιν ἐνδιδόντες αὐτοῖς πρὸς καιρίους ἐπιθέσεις, καὶ τέχνας καὶ μηχανὰς πολυτρόπους ἀνευρίσκοντες, ἐπὶ τὸν πλησίον ζυμφοραῖς. Ὅθεν κελεύει φαρμακεῦτὰς καὶ φαρμακίδας μηδεμίαν ἡμέρων [z] ἀλλὰ μηδ' ὥρας ἐπιβιῶν, ἀλλ' ἅμα τῷ ἁλῶναι [a] τεθνᾶναι, μηδεμιᾶς ἐγγινομένης προφάσεως εἰς ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν τῆς τιμωρίας. Τοὺς μὲν δὴ φανερῶς κἀπ' ἀκρυβοῦς ἐπιβουλεύοντας, δυσὶν' ἂν τις φυλάξαιτο· τοὺς δὲ κρύφα ζωπιθέντων καὶ [b] ζυσκευωρευόντων τὰς ἐπιθέσεις φαρμακείαις, ὃ ῥᾴδιον τὰς τέχνας ζωπεῖν. Ἀναίσχυντον δὲ ἂν μελλήσωσι δι' αὐτῶν ἕτεροι παθεῖν, τοὺς [c] δρῶντας προδιαθεῖναι. Καὶ γὰρ ἄλλως ὁ μὲν ἐμφανῶς ξίφει κτείνων ἢ τινι ὅπλῳ τῶν ὁμοιοτρόπων, καθ' ἕνα καιρὸν ὀλίγους ἀναιρεῖ· φαρμάκοις δὲ θανασίμοις, μυρίους ὅσους τὴν πόλιν ἐπιβαλλὼ ὁ προαιθανομένους, ἐδωδίμοις τισὶν ἀναμίξας καὶ ζωανακερασάμενος. Ἤδη γοῦν πολυάνθρωπα ζυστίτια καθ' ἑταιρείαν ζωεληλυθότων ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἄλας, καὶ τῷ αὐτῷ τραπέζαν, ἐν ποτοῦσι ἄποτον ἔπαθεν, ἐξαίφνης διαφθαρέντα καὶ θάνατον ἀντ' ὠφελίας ὑπηλλάξατο. Διὸ προσήκει καὶ τοιούτων, καὶ τοὺς ἐπιτηδεύσαντας καὶ μεμελετηθεσάτους φονᾶν, μονονὺ γινομένους αὐτόχειρας, καὶ νομίζοντας ὀφλεῖν, τὸ μὴ ἑτέροις τῷ τιμωρίαν ἐπιτρέπειν, ἀλλ' ἑαυτοῖς. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι πάνδεινον, [d] διὰ τροφῆς ἢ τοῦ ζῆν αἰτία καθέστηκε, θάνατον τεχνάζεσθαι, καὶ τοῖς φύσει προφίμοις φθοροποιὸν ἐργάζεσθαι μεταβολὴν, ἵνα τινες διὰ φυσικὴν ἀνάγκην ἐπ' ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἰόντες, ὃ προειδόμενοι τῷ ἐνέδρᾳ, ὡς ζωτήρια προσῶν) τὰ πανώλεθρα σιτία. Τὸν δ' αὐτὴν ὑπομενέτωσαν τιμωρίαν, κἂν εἴ τινες θανάσιμα μὴ ζωτιθέντες, τὰ δι' ὧν μακρὰ κατασκευάζον)

voluit ne in templo committeretur homicidium, si illud frequentarent occisi hominis necessarii, qui præ impotenti affectu tanquam insanientes & correpti, tantum non propriis manibus conficere homicidam inducerentur. Quo ex facto gravissimum contingeret piaculum: sic enim victimarum sanguis misceretur cum homicidarum sanguine, sacratus cum execrabili. Propterea jubet ut ab ipsis aris abstrahatur homicida. Cæterum qui gladio, hasta, fuste, saxo, aliove telo interimunt, fieri potest ut inconsulto neque re ante provisa, sed repentino impetu perciti, furori non rationi obsequuti, cædem perpetrent, ita ut dimidiatum videatur facinus, cum mens longè à scelere absit. Sunt vero alii sceleratissimi, polluti mente ac manibus, magi & venefici, qui otium & moras sibi tribuunt ad conatus fatales, variasque artes & dolos excogitant ad vicinorum interitum. Ideo lex vult veneficos & veneficas ne unum quidem diem vel etiam horam vivere, sed mori quamprimum deprehensi fuerint, nec ullo prætextu procrastinari & differri supplicium. Nam qui propalam & cominus aggrediuntur, utcunque caveri possunt: horum vero qui occulto struunt & moliuntur necem, non facile est insidias conspicari. Æquum est igitur ut noxa, quam illaturi erant aliis, patiantur ipsi. Quinetiam qui gladio vel alio quovis simili telo grassatur, non enecat multos eodem tempore: venena autem letifera qui tractat innumeros perimit imprudentes, *bis* inter esculenta clam admixtis. Et accidit aliquando ut numerosi sodales ad ejusdem salis & mensæ societatem collecti inter libandum hostilia sunt passi, confestim peremti, & funere pro convivio excepti. Quapropter etiam mitissimos clementissimosque contra tales sævire convenit, tantum non propriis eos tollendo manibus, pietatis esse ratos non aliis quam sibi ipsis pœnæ executionem permittere. Annon enim indignandum est, per alimentum, quo vita sustentatur, mortem struere, & cibo naturali vim lethiferam indere? Ita ut quidam ex cibo potuque petentes refectionem necessariam, non provisis insidiis escam mortiferam pro salubri admittant. Eadem pœna manet eos qui non letifera venena conficiunt, sed longos morbos & tabem lentam inferentia. Nam

[a] ἀναπραθήσει] Similiter habet D. Luc. xiii. 1. ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν.

[z] ἀλλὰ μηδ' ὥρας ἐπιβιῶν] Restitui ex MSS.

[a] τεθνᾶναι] De Pœnâ Veneficorum vide Platon. de Legibus lib. xi. p. 932. Huc etiam pertinet Lex Cornelia de Sicariis & Venef. *Qui venenum necandi hominis causa vel vendiderit vel habuerit, plectitor.*

[b] ζυσκευωρευόντων] Ita MSS. Editi συσκευωρούντων.

[c] δρῶντας] Melius forsan δρᾶσοντας.

[d] διὰ τροφῆς, ἢ] Sic ex MSS. repono. Editi δὲ ἃ τροφῆς ἢ, &c.

sæpe

791.

p. 792.

ſæpe ſatius eſt emori quàm ægrotare, præſertim diuturno morbo non habituro felicem exitum. Reſpuunt enim medicinam morbi contracti è venenis. Quin & graviores ſunt talia paſſis animorum noxæ quàm corporum: quoniam inde naſcuntur deliria & intolerabiles inſaniæ, quibus mens, qua nihil precioſus homini datum eſt divinitus, omnimodo cruciatur: quæ quando de medicina deſperat, continuo evolat & demigrat, deteriore animæ parte, ſcil. bruta, quæ communis eſt cum beſtiis, in corpore relicta. Quandoquidem ſublata ratione, parte animæ meliori, homo in feram mutatur, utcunque lineamenta humanæ ſpeciei retinet. Veram quidem illam magiam, hoc eſt perſpectivam ſcientiam, per quam naturæ opera cernuntur clarius, ut honeſtam expetendamque, non plebeii ſolum, ſed etiam reges regum maximi, præſertim Perſici, tam ſtrenuè ſectantur, ut nemini ad regnum aſſumi liceat niſi cum magis verſato familiariter. Eſt vero quædam *ars* hujuſce depravatio, quæ proprie dicitur inertia, quam colunt circulatores ariolique, & mulieres mancipiaque nequiſſima, quæ quidem incantationes luſtrationeſque profitentur, mutationeſque amoris in odium infenſiſſimum, aut è diverſo in amorem odii, in ſe ſuſcipiunt, per quaſdam potiones amatorias & incantamenta idonea; dein fallunt & inuncant ſimpliciſſimum quemque, donec in calamitates ingentes pertrahant, ut nonnunquam magnæ familiæ cognationeſque paulatim fidendo tacitò & improviſò intercidant. His omnibus opinor conſideratis noſter Legiſlator non ſinit procraſtinari veneficorum ſupplicia, ſed abſque mora vult exigi: quòd dilatio noxiis opportunitatem peccandi præbeat, utpote jam ad mortem damnatis, cæteros verò ſuſpicione metuque repleat, exiſtimantes quicquid illorum vitæ accedit, in ipſorum interitum cedere. Idcirco ſicut viperas, ſcorpios, aliaſque venenoſas beſtiolas, prius quàm mor-

[f] διπλοῦν] Cum dupli pœnam exigat Moſes, vide annon, moribus in pejus labentibus, graviori poſtea ſupplicio fures coercebantur. Septupli enim pœna memoratur Prov. vi. 31. ἐὰν ἢ ἁλῷ, ἀντὶ ἑπταπλάσια. Moſen vero ſequitur Solon, teſte Gellio Noct. Att. lib. xi. c. 18. *Is Solon ex ſeptem illis inclitis ſapientibus fuit. Is ſuâ lege in fures non, ut Draco ante, mortis, ſed dupli pœna vindicandum ſtatuit.* Plat. de Legibus lib. ix. p. 857. κλέπτῃ ἢ ἐάν τε μέγα ἐάν τε σμικρὸν κλέπτῃ τις, ἐὰν αὖ νόμος κεύθῃ.—Τὸ μὲν γὰ κλαπεὶν δὴ χρέων διπλάσιον πρῶτον ἀπέδωκεν, &c. Demoſth. Orat. adv. Timocrat. p. 462. εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην αἰτῇ, ὑπάρχειν μὲ αὐτὸ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθέν. Eadem fere diſciplina juris Romani in furto nec manifeſto puniendo, manifeſtum enim quadruplo eſt vindicatum. L. xlvi. D. de Furtis: *Quod dicimus* DUPLI *ſic accipere debemus, etiam quadrupli competere actionem, ſi manifeſtum furtum ſit.* Quod vero Zacchæus Luc. xix. 8. quadruplum ſe reſtituere profiteatur, iſtam legem ſibi lubens impoſuiſſe videtur. Quadupli enim reſtitutio non ex Lege à Publicanis exigebatur. Vide L. i. D. de Publicanis.

[g] ἑβδομάδος] Melius, ut videtur, ἑβδόμης. Is enim titulus libelli de Septenario p. 1173. Vide etiam dicta ad p. 1178. Reſpicit vero Noſter librum de Septenario p. 1182.

[k] ἐπιτηδεύοντας] Scribe ἐπιτηδεύων, τας.

[m] ἀναιρείσθω] Furem nocturnum, contra ac diurnum, licuit ſolum domino interficere ſecundum Philonem, atqui Textus facer cuivis è familia iſtud permittit. Quod jus confirmatur à Legibus tum Græcis tum Romanis. Demoſth. Orat. adv. Timocrat p. 463. εἰ δέ τις νύκτωρ κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι ἢ ἀποκτεῖναι. Ita quoque Lex xii. Tabularum: *Sei Nox Furtum factum eſit, ſei im occiſit, jure caiſus eſto.* De qua Lege vide etiam Aul. Gell. lib. xi. c. 18. & lib. xx. c. 1. Iſtam vero legem ſic vulgo explicabant juriſconſulti, ut non aliter furem interficere cuivis putarent licere, niſi ut vitæ ſuæ caveret. Sic enim Ulpianus L. ix. D. Ad Legem Cornel. de Sicariis: *Furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impune feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non poterit.* Additur etiam L. iv. D. Ad legem Aquil. *Ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur.* Vide Collat. Leg. Moſaic. & Roman. apud Pithæum, & Grot. de Jure Belli lib. ii. c. 1.

μᾶλλον ἕρδον ἐλάττου ἐργαζόμενον, κλοπέως, τὸ δὲ ἐπόμενον μεῖζον ἀνδροφονίαν [n] ἀμφικωλύει, τις ὀργὴ πρῆσιν οἷς ἐπιφέρει σιδηροῖς καὶ ἑτέροις ὅπλοις ἀμυνούσαις παρεσκευασμένον. Εἰ δ' ἥλιος ἀνάσχοι, μηκέθ' ὁμοίως αὐτοχειρίαν κλεπτέσθω, πρὶν ἂν τὰς ἀρχὰς καὶ δικαστὰς ἀγέσθω· δώσων δίκας, ἃς ἂν ὑπάρχωσιν αὐτοί. Νύκτωρ μὲν οἴκοι ἀμφιλαβόντων καὶ τεθραμμένων πρὸς ἀναπαυλαν ἀρχόντων ὁμοῦ καὶ ἰδιωτῶν, ἀδημία τῷ πλημμελοῦντι καταφυγὴ πρὸς βοήθειαν, ὅθεν αὐτὸς ἔσω κύριος τῆς τιμωρίας, ὑπὸ τοῦ καιροῦ καταστὰς ἄρχων καὶ δικαστής. Μεθ' ἡμέραν μὲν ἀναπέπταται δικαστήρια καὶ βουλευτήρια, ἐπλήθυεν δὲ τὴν ζυλληψομένων ἡ πόλις. Ὧν οἱ μὲν φύλακες τῶν νόμων κεχειροτονῆσθαι, οἱ δὲ ἄνευ χειροτονίας, μισοπονήρῳ πάθει τοῦ ὑπὲρ τὴν ἡδικημένων τάξιν αἱρεῖν, πρὸς οὓς ἡ κλέπτην ἀκλίνον. Οὕτως γὰρ τὰς ἐπ' αὐθαδείᾳ καὶ προπετείᾳ φεύγων αἰτίας, [p] δημοκρατικώτερον αὐτῷ δόξει βοηθεῖν. Ἐὰν ὑπὲρ γοῦν ὅλου ἡλίου τὴν φορᾶ τις αὐτοχειρίαν κλείνῃ πρὸ δίκης, [q] ἔνοχος ἔσω, θυμὸν λογισμῷ προτιμήσας, καὶ τοὺς νόμους τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐν ὑστέρῳ θείς. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ νύκτωρ ἠδίκησαι, φαίην ἄν, ὦ ἄνθρωπε, ὑπὸ κλέπτου, διὰ τοῦτο μεθ' ἡμέραν κλοπεῖ αὐτὸς ἀπεργάζου χαλεπωτέραν, ἀλλὰ τοῦ ἐν τοῖς χρήμασιν, ἀλλὰ τοῦ ἐν τοῖς δικαίοις, καθ' ἃ ζυμβαίνει τοῦ πολιτείαν διαλυθῆναι.

quidem illé furto, quod animo intenderat, peccavit, gravius homicidio, ad quod accessit instructus ferro alioque apparatu, quo se tueatur si quis perfossionem impediret. Quod si vero sol exortus erat, ipse non necato, sed fac trahatur ad magistratum judicesque daturus pœnas, quas statuerint. Noctu enim domi manentibus & quiescentibus tam principibus viris quam privatis, nullum læso ad alios perfugium, sed ipse es arbiter pœnæ, pro tempore & magistratus & judex constitutus. Interdiu vero patent fora & curiæ, plena & urbs auxiliaturis, quorum alii quidem creati custodes legis, alii vero sine electione, odio scelerum sua sponte passis succurrunt, ad quos furem trahi par est. Sic enim crimen arrogantiæ & temeritatis effugiet more magis populari vindictam sibi parens; sed si sole lucente furem sua manu interfecerit neglecto judicio, reus sit, utpote qui iram rationi prætulerit, legesque publicas privatæ postposuerit vindictæ. Ei merito dixerimus: Heus tu, ideo quod noctu fur te affecit injuria, haud tibi integrum clara luce furtum facere longe gravius, non pecuniarum, sed legum, quibus respublica regitur.

## Περὶ Κλοπῆς Προβάτου καὶ Βοός.

Τὰ μὲν ἕν ἄλλα φορεῖα τετίμηται διπλῆ καταβίσει, βοῦν δὲ ἢ πρόβατον εἴ τις ὑφέλοιτο, μείζονος ἠξίωσε δίκης· προνομίαν διδοὺς ζώοις, ἃ καλλιεῖται τε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἀγέλαις, ἃ μόνον εὐμορφίᾳ σώματος, ἀλλὰ καὶ τῷ ὅλῳ τὸν ἀνθρώπινον βίον ὠφελείας. Ἧς χάριν αἰτίας καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τὴν ποσότητα τῶν ὅλων ἴσην ἔθεσεν, ἀλλὰ τὰς χρείας διαριθμησάμενος ἃς ἑκάτερον παρέχεται τῶν διειρημένων. Κελεύει γὰρ [t] τέτταρα μὲν πρόβατα ἀποτίνειν, βοῦς δὲ πέντε τὴν κλέπτην, ἀνθ' ἑνὸς δὲ ὑφαιρεθέντος. Ἐπειδὴ πρόβατον μὲν φέρει δασμοὺς Δ, γάλα καὶ πρὸν ἓ ἔριον καὶ ἐτήσιον ἄρνα. Ὁ δὲ βοῦς Ε· τρεῖς μὲν τοὺς, [r] αὐτῆς ἐν γάλακτι καὶ τυρῷ καὶ ῥυπάσμασι, δύο δὲ ἐξαιρέτους, [s] ἄρρενον γῆς καὶ ἀλοήσιον· ὧν ὁ μὲν ἔστιν ἀρχὴ σπορᾶς καρπῶν,

*De Furto Ovis & Bovis.*

Ceteros fures dupli damnavit, boum vero vel ovium abactores majori pœna mulctandos censuit, prærogativâ pecoris inter cicures præstantissimi, non solum corporis formositate, sed etiam commodo, quo vitam humanam juvant. Quapropter non parem pœnam utrique generi definivit, sed respectu usus, quem quodque dictorum præstat; jubet enim, furem pro una ove abacta quatuor, pro uno autem bove quinque boves reddere. Siquidem ovis quatuor fert proventus, lac, caseum, lanam & agnos annuos: bos vero quinque, tres eosdem, puta lac, caseum, fœturam, adhæc duos peculiares, arationem terræ & triturationem, quorum illa principium sationis frumenti, hæc vero finis, nimirum purgatio frulex divina, ob ovem abactam quadruplum, ob bovem quintuplum exigebat. Cujus ratio haud facile patet. Certè eam non assecutus videtur Theodoret. quæst. 50. in Exod. ὅτι τὰ μείζονα τῶν ἀμαρτημάτων μειζόνων ἄξια τιμωμάτων. Res enim multo pretiosiores quam bos vel ovis, duplo tantum pensabantur. Forsan ita sancitum ob maleficii hujus frequentiam in Judæâ. Ista enim ratio assignatur ab Ulpiano, cur jure Romano in Abigeos severissimè animadversum est. L. i. D. de Abigeis: *Abigei cum durissimè puniuntur, ad gladium damnari solent, puniuntur autem durissime non utique* (forsan *ubique*) *sed ubi frequentius est id genus maleficii.* Grotius istam legem tribuit facilitati maleficii. Vide de Jure Belli & Pacis lib. ii. c. 20.

[n] ἀμφικωλύει] Scribendum videtur ἀμβωλοῦν, τοῖς.

[o] ἄρχων] Melius forsan κατήγορος. Sic Noster lib. de Monarch. lib. ii. νομίσαντας αὐτοὺς ὑπὸ δ' καιρῷ πάντα γιγνώσκειν, καὶ κατηγόρους, &c. Vide etiam eundem de Leg. Special. p. 788. Mox etiam pro μὲ scribe μᾶλλον.

[p] δημοκρατικώτερον] Forsan δημοτικώτερον. Vox enim ista meliorem efficit sensum, estque admodum vulgata Demostheni de rebus forensibus. Adv. Timocrat. p. 446. οὐδὲ βίαιον, οὐδὲ ἐλευθερικὸν πρᾶγμα τοῦτο, ἀλλὰ τυραννικὸν φιλανθρώπως καὶ δημοτικῶς. Idem p. 452. καλῶς καὶ δημοτικῶς. Idem p. 474. ὅτι δημοτικώτερον δέπου τὰ τῶν πολλῶν ἀδικήματα ὁρᾶν. Vide Aristotel. Polit. lib. vi.

[q] ἔνοχος] Non vero reus erat, si fur se telo defenderet. L. iv. D. ad Legem Aquiliam: *Interdiu deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat. Ut tamen aque cum clamore testificetur.*

[r] τετταρα] Cum in reliquis furtis dupli pœnam imposuit

[s] αὐτῆς] Melius αὐτὰς, ut liquet ex loci sensu.

[t] ἄρρενον] Omnino scribe ἄρσεν. Sic etiam Philonem emendamus, lib. de Septenario p. 1180. vide ibi dicta.

gum comportatarum in paratiorem alimenti uſum.

## *De Plagiariis.*

Etiam plagiarius fur eſt, ſed rei omnium in orbe terrarum præſtantiſſimæ. Igitur inanima atque animalia, quæ non ita magni uſus in vita humana quiſquis furatus fuerit, duplionis pœnam, ceu prædiximus, ſubit, iterumque quadrupli quintuplique, qui ex manſuetiſſimis boum oviumque gregibus; homo vero præcipuam, ut videtur, inter animalia ſortitus eſt prærogativam, utpote Deo propinquus & cognatus quâ rationis particeps, quæ illum, quamlibet mortalem, reddit immortalem. Ideo cujuſcunque animum virtutis amor inceſſit, acerbe & implacabiliter iraſcitur plagiariis, qui ſacerrimi quæſtus cauſſa hominibus ortu ingenuis & natura æqualibus ſervitutis jugum imponere non verentur. Nam ſi laudem merentur, qui pro ſua clementia vernas & ſervos emptitios, licet de dominis ſuis non admodum meritos manumittunt, quanto graviori in culpa ſunt qui ingenuos privant libertate, re omnium gratiſſima, pro qua honeſte natis liberaliterque educatis vel mori pulchrum eſt. Adhæc nonnulli congenitæ malitiæ cumulum addunt, vaferrimo ingenio ſuo ad id quod longe peſſimum uſi, plagiarii non tantum peregrinorum & alienigenarum, verum etiam civium, immo gentilium & tribulium. Hi contemptis communi jure & moribus, quibus a pueritia fuerant innutriti, quique animis hominum, modo non omnem exuerint humanitatem & prorſus feri ſint, benevolentiam imprimere ſolent, turpis lucri gratia vendunt mangonibus & quibuſcunque aliis ſervituros procul à patria, ne quidem per ſomnium ſalutaturos unquam patrium ſolum, vel ullius bonæ ſpei guſtum porro habituros. Certe minus injuſte agerent plagiarii, ſi in ſui numerum ſervitii illos reciperent; nunc vero duplici ratione peccant, pro uno duos vendentes dominos, & geminæ ſervitutis, unius alteram excepturæ, auctores. Ipſi etenim memores priſtinæ ſubductorum felicitatis forte pœnitentiam agerent erroris ſui, miſerti tandem

ὁ ἢ τίλ⊙, εἰς κάθαρσιν † ζυγκομιδέντων, πρὸς ἑτοιμοτέρων τροφῆς χρῆσιν.

## Περὶ Ἀνδραποδιστῶν.

Κλέπ⊓ης ἐστὶ καὶ ὁ ἀνδραποδιστὴς, ἀλλὰ βαρ[x]ύτατος πάντων ἀρίστων ὅσα ὑπὸ γῆς εἶναι ζυμβέβηκεν. Τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα καὶ τῶν ζώων ἃ μὴ μεγάλας ὠφελείας παρέχει τῷ βίῳ, διπλᾶ προστάττει ἀποδίδοσθαι τὰ φερομένων τοῖς κυρίοις, ὡς εἰλέχθη πρότερον. Καὶ πάλιν τετραπλάσια καὶ πενταπλάσια ἐν τοῖς ἡμερωτάταις ἀγέλαις βοῶν τε καὶ προβάτων. Ἄνθρωπ⊙ δ', ὡς ἔοικε, τὸ καλλιστεῦον κλῆρον ἔλαχεν ἐν ζώοις, αἰσχίστορ⊙ ὢν θεοῦ καὶ [y]ἀγχιστῆ τιὼ πρὸς λόγον κοινωνίαν, ὃς αὐτὸν καίτοι θνητὸν ὄντα ἀπαθανατίζει. Διὸ καὶ πᾶς ᾧ τινι ζῆλ⊙ ἀρετῆς εἰσέρχει, τραχύς ἐστιν ὀργὴν κατὰ παντελῶς ἀμείλικτ⊙ κατ' ἀνδραποδιστῶν, οἱ δουλείαν ἕνεκα κέρδους ἀδικωτάτου, τοῖς γνῶσι μὲν ἐλευθέροις, φύσεως ἢ μετέχουσι τὸ αὐτῆς ἐπαίνου τιμῶσι. Εἰ γὰρ ἐπαίνεσον πρᾶγμα δεσπόται ποιοῦσιν, οἰκοδεσπόται καὶ ἀργυρωνῆται, πολλάκις οὐκ ἐν μεγάλοις ὀνήσαντας, τὸ καταισχύσης δουλείας ἀπαλλαττόντες, ἕνεκα φιλανθρωπίας ἢ κέρδους, πόσης ἄξιοι [z]καθηγορίας τυγχάνειν εἰσὶν, οἱ τὸ πάντων ἄριστον κτῆμα, τιὼ ἐλευθερίαν, ἀναφαιρούμενοι τοὺς ἔχοντας, ὑπὲρ ἧς ἀποθνήσκειν καλὸν τοῖς γνησιωθεῖσιν εὖ καὶ τραφεῖσιν; Ἤδη τινες τὴν σύμφυτον μοχθηρίαν ζωπυροῦντες, καὶ τὸ ἀβέλτερον αὐτῶν ἦθ⊙ τρέποντες εἰς τὸ ἄπονδον, οὐκ ἐπ' ἀλλοδαποῖς μόνον καὶ ἀλλογλώσσοις ἀνδραποδισμὸν καθεσκεύασαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους. Ἐσὶ δ' ὅτε καὶ δημόταις καὶ φυλέταις, ἀλογήσαντες κοινωνίας νόμων τε καὶ ἐθῶν, εἰς οὐκ πρώτης ἡλικίας ἐπεφόρησαν· ἅπερ βεβαιοτάτῳ τῆ ψυχαῖς εὐνοιαν ἐνσφραγίζει τὸ μὴ λίαν ἀτιθάσων καὶ μὴ ἀπιτηδευόντων ὠμότητα· οἱ χάριν κέρδους σκνομωτάτου πιπράσκουσιν [a]ἀνδράποδα καπήλοις καὶ εἰς ἂν τύχῃ δουλώσοντας, ἀπὸ ξένης [c]ἀνεπάκτου, μηδ' ὄναρ τὸ τοῦ παλαιοῦ ἔδαφ⊙ ἔτι προσκυνήσοντας, ἢ χρῆσιν ἀπογλυσομένους ἐλπίδ⊙. Ἧττον δὲ ἂν ἠδίκουν, ὑπηρετούμενοι πρὸς τῶν ἀνδραποδισθέντων· νυνὶ δὲ διπλάσιον ἄδικημα δρῶσιν ἀπεμπολῶντες, ἀνθ' ἑνὸς δύο δεσπότας καὶ διττὰς δουλείας ἐπεισάγοντες ἐφέδρους. Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἐπισάμενοι τιὼ παλαιὰν εὐτοχίαν τῶν ὑπηκόων, ἴσως ἂν μεταγνόησαν, ὀψὲ λαβόντες οἶκτον τῶν ἐπλημμελημένων,

[x] πάντων] Videtur deeſſe κτημάτων, vel vox quævis conſimilis. Ita Noſter lib. de Leg. Special. p. 789. διότι τῶν οὐ πόσμῳ κτημάτων καὶ κτημελίων, ἀλλὰ ὅτι ἱερωτεπίστερον ὅτι θεοειδέστερον ἀνθρώπου.

[y] ἀγχιστῆ] Melius συγγενῆ. Alibi enim Philo homini cognationem cum Deo tribuit, lib. de Vit. Contemp. p. 891. οἱ συγγένειαν ἔχοντες πρὸς τὸ θεῖον. Item lib. de Mund. Opif. συγγενῆ καὶ αἰσχίστορ⊙ ὢν θεοῦ ἐγκμόν⊙.

[z] καθηγορίας] Melius, ut videtur, τιμωρίας, vel forſan ὀργῆς. Sic Demoſth. adv. Timocrat. p. 471. πῶς δ' ἂ μιγίστης ὀργῆς ὁ τοιοῦτ⊙ νομοθέτης ἄξιός ἐστιν. Supra quoque τραχύς ἐστιν ὀργῇ καὶ ἀμείλικτ⊙ κατ' ἀνδραποδιστῶν. Hos vero inter graviſſimorum ſcelerum reos recenſet D. Paulus 1 ep. ad Tim. c. i. ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις.

[a] ἀνδράποδα καπήλοις] Scribendum unâ voce ἀνδραποδοκαπήλ⊙, ὅλα σώματα πρὸς ἀργύριον ἀντικαταλλαττόμενα. Scribe ἀντικαταλλαττόμεν⊙.

[c] ἀνεπάκτου] Forſan ἀνεπανάκτου ab ἐπανάγω. Scilicet, *nunquam reducendos.*

τὰ

τὸ τ᾽ [e]ψυχῆς ἄδηλον καὶ ἀτέκμαρτον παιδευθέντες. Οἱ δὲ πελάμιοι, δι᾽ ἄγνοιαν τὴν ἡμῶν, ὡς ἐκ παίδων καὶ προπάππων οἰκετῶν, ὀλιγωρήσουσιν ἐδέν, ἀγαγὸν ἐν τῇ ψυχαῖς ἔχοντες εἰς ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν, ἣν εἰκὸς ἐπὶ τοῖς ἀλλοθέροις σώζεσθαι φύσει. Δίκη δ᾽ ἔστω καὶ ἅ τ᾽ ἐτεροεθνῆς ἀνδραποδισαμένων, ἣν ἂν τιμήσηται τὸ δικαστήριον. Καὶ δὴ τὰς [f]ἀλλοφύλους πρὸς τῷ ἀνδραποδίσασθαι καὶ πεπρακότων [h]θάνατος ἀπαραίτητος. Ἤδη γὰρ ἔτοί γε ξυγγενεῖς εἰσιν ἢ πρόσω ἀφ᾽ αἵματος, [i]καὶ τὰ μείζονα πρὸς γραφὴν γιγνώσκοντες.

Περὶ Βλάβης.

Καὶ ἐν ἀγρῷ, καθάπερ εἴπέ τις τῶν παλαιῶν, φύσιν δίκαι· ἐπειδὴ πλεονεξίαι καὶ ὁ τῶν ἀλλοτρίων ἵμερος, οὐκ ἐν ἄστει μόνον ἀλλὰ καὶ ἔξω πόλεώς ἐστιν· ἅτε μὴ τόπων διαφοραῖς ἀλλὰ διανοίαις ἀκορέστων (καὶ) φιλαπεχθημόνων ἀνδρῶν ἐνιδρυμένος· ἀφ᾽ ὧν καὶ τῶν πόλεων αἱ εὐνομώταται διττὰς ἐπιμελητὰς καὶ ἄρχοντας αἱροῦνται τῆς κοινῆς εὐκοσμίας καὶ ἀσφαλείας· τοὺς μὲν ἐντὸς τοῦ τείχους ἄστυνόμους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ ἐκτὸς εἰς ὄνομα οἰκεῖον ἐπιτίθενται), καλοῦσι δὲ αὐτοὺς, [l]ἀγρονόμους. Ἀγρονόμων δέ τις ἂν ἦν χρεία, εἰ μὴ καὶ παῖς χωρίοις ἦσάν τινες ἐπὶ λύμῃ τῶν πλησίον ζῶντες; Ἐὰν ἕν τις ποιμενὶ ἢ αἰπόλῳ ἢ βουκόλῳ, ἢ ζωόλως ἀγελάρχης, ἀγρὸν ἑτέρου βοσκήσῃ καὶ καλαμήσῃ, φειδὼ μηδεμίαν ποιούμενος μήτε καρπῶν μήτε δένδρων, ὅμοιον ὑποτεινέτω κίνημα, πρόσοδον τινὶ ἴσον τελοῦντι, καὶ ἀγαπάτω τοῦθ᾽ ὑπομένων, ἐπιεικὴς καὶ ζῴδρα ζυγνώμονος τυχὼν τοῦ νόμου· [n]ὡς αὐτὸν τὰ πολεμίων ἀπόνδων ἐργασάμενον, οἵσι τὰς ἀγέλας δηῶν ἔθος καὶ φυλὰ ἥμερα διαφθείρειν, οὐχ ὡς κοινὸν ἐχθρὸν ἐτιμωρήσαντο· θάνατον ἢ φυγὴν, ἢ τὸ γοῦν τελευταῖον, ἁπάσης οὐσίας ἐξοικίσας τῆς ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ αὐτὸ μόνον δικαιώσας ἐπανορθώσασθαι τὸ βλάβος τῷ κυρίῳ. Προφάσεις γὰρ ἀεὶ ζητῶν αἷς ἐπελαφρεῖ τὰ ἀτυχήματα, διὰ ὑπερβάλλουσιν ἡμερότητα καὶ τοῦ ἐκ φύσεως καὶ μελέτης φιλανθρωπίαν, εὗρεν ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ νομίσαι, τοῦ φύσιν τῶν θρεμμάτων ἄλογον οὖσαν καὶ ἀπειθῆ, καὶ μάλιθ᾽ ὅταν ἐρέγηται τροφῆς· Ἕξω μὲν ἕν ὑπόδικον, ὅτι τοῦ ἀρχοῦ ἤλασε τοῦ ἀγέλου εἰς ἀνεπιτήδειον χωρίον, μὴ πάντων δὲ τῶν ξυμβεβηκότων ἐχέτω τὰς αἰτίας· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν μὲ τοῦ κακοῦ λα-

infortunatorum, & reveriti occultum neſcio quid animæ. Sed qui pretio fecerunt ſuos, ex ignorantia generis, tanquam ſervorum nepotes ac pronepotes eos vilipendent, nihil invitamenti intra ſe ſentientes ad manſuetudinem & clementiam, qua naturâ liberos complecti æquum foret. Sit itaque in alienæ gentis hominum plagiarios pœna quam judices ſtatuunt, eorum vero, qui inquilinos præterquam quod rapuerint, etiam vendunt, morte expiandum ſcelus. Certe ſi ipſi gentiles ſunt & ferme conſanguinei, quos eadem definitione comprehendas.

*De Damno.*

Et *in agris*, ut aiebat olim nonnemo, *lites naſcuntur*, namque avaritia & alieni cupido non urbibus tantum continentur, ſed etiam ruri inveniuntur, ut quæ non locorum diverſitati, ſed in animis inexſaturabilium & litigioſorum hominum inſident. Quapropter etiam civitates, quæ æquiſſimis florent legibus, geminos eligunt magiſtratus & curatores publicæ felicitatis ac ſecuritatis, alios extra in agris, quibus nomen magiſtratus agrarii à re inditum. Quæ autem hujus neceſſitas, niſi etiam in agris eſſent, qui vicinorum damno viverent? Si quis igitur opilio, caprarius, bubulcus, aut quicunque demum armentarius in aliorum agros paſtum depaſtumque egerit, nec fructuum neque arborum ratione habita, damnum pari reditu penſare tenetur. Et hanc pœnam lubens pendat, cum æquiſſima mitiſſimaque lex fit, ex qua agens quæcunque infenſi ſunt hoſtis, cui ſolemne arva vaſtare & arbores ſativas corrumpere, non ut publicus hoſtis punitur morte, exſilio, vel tandem omnium bonorum publicatione, ſed compenſatione jacturæ, quam poſſeſſori fecit. Quæſitis enim ubique prætentibus, quibus pro ſingulari benevolentia ſua ſuccurrat miſeris, paratam ex ipſa natura & cura excuſationem paſtoris invenit legiſlator, nempe pecora ſua natura rationis eſſe expertia, ideoque immorigera, præſertim quando eſurie urgentur. Sit itaque in culpa quod initio gregem egerit in locum minime convenientem, non tamen omnis, quæ hinc evenit, damni culpam luat; veroſimile enim paſtorem, quam-

[e] ψυχῆς] Scribe τύχης. Sic lib. de Human. p. 708. εἰς τὸ τῆς τύχης ἀτεκμαρτον ἀφορῶν. Conſimile mendum occurrit apud Noſtrum lib. de Septen. p. 1175 & 1176. Adeoque vertendum, *Occultos & obſcuros fortunæ eventus.*

[f] ἀλλοφύλους] Ex Contextu ſcribendum potius ὁμοφύλους.

[h] θάνατος] Similis Pœna contra Plagiarios à Græcis ſtatuta. Xenophon de Mirabilibus lib. i. καὶ γὰρ τοὺς νόμους ἐάν τις χρήσῃ) φανερῶς ἀνδραποδιζόμενος, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Jul. Poll. lib. iii. p. 78. καὶ δίκη ἔστι καὶ ἅ ἀνδραποδισῶν, ἐλευθερεμοῦν.

[i] καὶ τὰ, &c.] Omnino repone καὶ μείζονα πρὸς γραφὴν. Sic enim Noſter lib. de Dei Immut. p. 307. πόλλ᾽ ἔοικε τὸ χρόνος, ὅτι καὶ μείζοσιν ἐξιλάζεται) πρὸς γραφὰς. Sic etiam lib. de Leg. Special. p. 798. τύραννός ἐστιν ὁ μείζοσι ἐξαπατῶν. Ibi enim ſcribendum πρὸς γραφὰς. Sic ergo ſententiam verto: *Jam enim hi (contribules,* ſcil.) *cognati ſunt & fermè conſanguinei, & ſaltem circulo majore vicini.*

[l] ἀγρονόμους] Eadem habet Ariſtoteles Pol. lib. vi. καλοῦσι δὲ ἀστυνομίαν οἱ πλείοσι τὴν τοιαύτην ἀρχήν.—ἄλλη δὲ ἀναγκαία καὶ ἐξαπλησία ταύτῃ—περὶ τὰ τῆ χωρίαν ἐστὶ,—καλοῦσι δὲ τὰς ἀρχοῦσας ταύτης οἱ μὲ ἀγρονόμους, &c.

[n] ὡς] Scribe ὅς.

primum

primum animadverteret peccatum, ſtuduiſſe quam citiſſime expellere, gregem vero, guſtato tenerrimo pabulo, puta fructu vel gramine, omni modo renixam.

βόσια τῲ αὐωθησιν, ἐξελαύνειν ἐπιχειρῶν τάχιστα, τῲ δ' ἅτε χλοηφαγοῦσαν ἁπαλῶν ἅτε καρπῶν καὶ βλαστῶν ῥ ἐμφορημάτων, ἀντιφιλονεικεῖν.

### *De Igne inter ſentes non accendendo.*

Lædunt autem non hi tantum qui perditum eunt aliena prædia paſcentibus armentis, ſed & qui ignem incaute & temere accendunt. Ignis enim vis materiam nacta undique paſcitur ac diffunditur, & ubi ſemel invaluit, quæcunque exſtinctioni adhibueris rejicit, his pabuli loco ad incrementum uſa, donec tandem omnibus conſumtis ſe ipſam depaverit. Itaque par eſt nec in urbibus, neque in prædiis unquam ignem inobſervatum linquere; novimus enim ſæpe unicam ſcintillam latentem ſuſcitatam magnas conſumſiſſe urbes, præſertim ſpargente flammam vento ſecundo. Hanc ob rem in implacabili bello prima ſecunda & tertia virtus ignis, cui plus fident quam peditum equitumque ordinibus, vel navali militi, vel copioſo armorum claſſiumque apparatui. Etenim trulla ignita apte in navium claſſem miſſa, una cum milite claſſiario comburit itemque conſumit numeroſa caſtra cum omni apparatu, in quo ſpes victoriæ repoſita fuerat. Ergo ſi in ſenticoſa ſarmen ignis injiciatur, qui accenſus conſumſerit aream tritici, vel hordei vel ervi, vel congeſtos ſpicarum manipulos, vel agrum virentem, compenſabit damnum incendiarius, ut ſuo malo diſcat cavere primas occaſiones rerum, neve commoveat atque excitet vim inexſuperabilem ſua natura noxiam, qua vel ſanctiſſimum lædatur.

Περὶ τῦ μὴ ἀπερισκέπτως πῦρ ἐξάπτειν ἀκάνθαις.

Βλάπτυσι δ' ὐ μόνον καταίμονῖες βοσκήμασιν ἀλλοτρίας κλήσεις, ἀλλὰ κ̀ πῦρ ἀπερισκέπτως κ̀ ἀπροορᾴτως ἀναφλέγοντες. Ἡ γὸ τῦ πυρὸς δυώαμις ὕλης λαβομένη, πανταχόσε ἅπτυσα νέμε) κ̀ χεῖται· κ̀ ἐπειδὰν ἄπυξ κρατήσῃ σβεστηρίων ὅσα ἂν ἐπιφέρῃ τις, καταχρωμένη μ̃ τούτοις ἀντὶ τροφῆς εἰς ζωαύξησιν, ἕως πάντα ἐξαναλώσασα αὐτὴ δαπανηθῇ πρὸς αὐτῆς. Προσήκ̀ ὖ μήτε ἐν οἰκίαις μήτε ἐπαύλεσιν ἀφύλακτον πῦρ ἐᾶν· ἐπισαμβύες ὅτι ἀπιθὴς συμφόμβ@ εἰς πολλάκις ἀνερριπίσθη, κ̀ μεγάλας ἀνέπρησε πόλεις, κ̀ μάλιστα ἐπιφόρῳ πνεύματι ῥυείσης τ̃ φλογός. Ἐν γᾶν τοῖς ἀσυμβάτοις πολέμοις ἡ πρώτη κ̀ μέση Ꞓ τελευταῖα δυώαμις λῂ πυρὸς, ἢ πιστεύουσα μᾶλλον ἢ τ̃ πεζῶν κ̀ ἵππων κ̀ ναυμάχων τάξεσιν, κ̀ τ̃ ὅπλων Ꞓ ᵗ ναυμαχητῶν ἀφθόνοις παρασκευαῖς. Πυρφόρον γάρ τις οἰσὸν βαλὼν καιρίως εἰς πολιὼ νηῶν σόλον, αὐτοῖς ἐπιβάταις καῖφλεξεν, κ̀ στρατόπεδα πολυάνθρωπα μ̃ τ̃ παρασκευῶν ἐφ' αἷς ἐπεποίηλο τὰς τῦ νικᾶν ἐλπίδας, ἐξανάλωσεν. Ἐὰν ἓν εἰς ἀκανθώδη φορυτὸν παρεμβάλῃ τις, ὁ ὖ ἀναφλεχθεὶς προσιμπρήσῃ ἄλω πυρῶν ἢ κριθῶν ἢ ὀρόβων ἢ δραγμαία ἀσταχύων ζυγκεκομισμένα, ἢ βαθύγειον πεδιάδα χλοηφορῆσαν, ὀπτιννύτω τὸ βλάβ@· ὁ τὸ πῦρ ἐμβαλὼν, ἵν' ἐκ τῦ ᶠ παθεῖν μάθῃ τὰς πρώτας τ̃ πραγμάτων ἐυκαίρους εὖ μάλα φυλάττεσθαι, κ̀ μὴ δυώαμιν ἀήττητον Ꞓ φθοροποιὸν ἀνακιν̃ κ̀ ἀνεγείρῃ δυναμένην ἠρεμεῖν ᵗ ἱερώταλον.

### *De Depoſitis.*

Depoſitum eſt cum res data creditur fidei accipientis. Nam fœneratori contractu & cautionibus cavetur, & quæ ſine uſura palam dantur mutua oculatos habent teſtes. Sed depoſiti alia eſt ratio, ſolus ſoli clam tradit locum circumſpiciens, ne ſervi quidem etſi addictiſſimi opera in deportando uſus, utroque, ut videtur, id ſolicite agente ut lateat, altero ne cui conſtet dediſſe, altero ne accepiſſe. Actui vero occulto intervenit inviſibilis Deus, quem haud dubie

Περὶ Παρακαταθηκῶν.

Παρακαταθήκη τ̃ ἐν κοινωνίᾳ πραγμάτων ἐσὶν, ὅτῃ τῂ τῦ λαβόν@ κριθῇ πίσ. Δάνεια μ̀ γὸ ἐλέγχε) λῂ ᵘ ζυμβολέων κ̀ γραμμάτων, τὰ ὖ ἄνευ δανείων ἐν χρήσ. φανερῶς γινόμβα τὰς θεασαμβύες ἔχ. μάρτυρας. Παρακαταθηκῶν ὖ ὐχ ἔτ@· ὁ τρόπος, ἀλλὰ μόνος τις αὐτὸς δίδωσι μόνῳ κρυφᾲ, πβλεπόμβ@ τ̃ τόπον, μηδὲ ἀνδραπόδου ἕνεκα τῦ λαικομίσαι προαπαρκλαβών. εἰ κ̀ τύχοι φιλοδεσποτῶν. Εἰς γὸ τὸ ἀναπόδεικτον ἑκάτερ@ ἀπιστεῖν ἔοικεν, ὁ μ̀ ἵνα ˣ λάθῃ ὃς, ὁ ὖ ἵνα ἀγνοεῖται λαβών. Ἀορίτῳ ὖ πραίγμα

P ἐμφορημάτων] Melius, ex Contextu, ἐμφορημάτων.

r ναυμαχητῶν] Scribendum videtur μηχανημάτων, ad evitandum tautologiam; ſupra enim ſcribitur πεζῶν κ̀ ναυμάχων.

s παθεῖν μάθῃ] Sic Noſter ſcribere amat, lib. de Profug. p. 470. ἴματον μ̀ ὁ ἵπαθον. Idem lib. de Somn. p. 1122. ὁ παθὼν ἀκριβῶς ἴμαθεν. Vide etiam lib. de Vit. Moſ. p. 695.

t ἱερώταλον] Voces omnino tranſpoſitæ; hæc enim vox capituli ſequentis eſt membrum. Sic ergo ſcribe & diſtingue ἠρεμεῖν. Περὶ παρακαταθηκῶν. Ἱερώταλον παρακαταθήκ. Adeoque vertendum. *De Depoſitis. Depoſitum eſt omnium in communione res ſanctiſſima.*

u συμβολέων] Melius συμβολαίων, vulgato Librariorum errore, ε pro αι ſcripto.

x λάθῃ] Scribe λάθῃ. Item ἀγνοῆται.

πάντως

παίλως ἀόρατος μεσιτεύει θεὸς, ὃν οἰκεῖς ἐπ' ἀμφοῖν μάρτυρα καλεῖσθαι, τῷ μὲ ὡς ἀποδώσοντες ὅταν ἀπαίτῃ), τῷ δὲ ὡς ἐν καιρῷ κομιούμενοι. Μέγιστον ἦν ἀδίκημα δρῶν, ὁ ψευδόμαρτυς ἀφανὲς μόνος, μὴ ἀγνοείτω ψεύσας μὲ ἐλπίδος τὴν γ ἐπιορίψουσα, μοχθηρὰ δὲ ἦθη [2] κατασκευάσας λόγοις ἀπιστίαν, ἀπιστίᾳ δὲ καθυποκρινόμενος πίστιν, ἀσυμβάτους ἀποφήνας δεξιὰς καὶ ἀτελεῖς ὅρκους, ὡς ἀνθρωπίνων τε καὶ θείων ἀλιγωρητέναι, καὶ διτλὰς ἀφανεῖς ψευδομαρτύρας, τλεὺ μὲ τῷ τὰ οἰκεῖα ἐπιορίψαντος, τλεὺ δὲ τῷ ἀψευδιστάτῳ μάρτυρος, ὃς τὰ πάντων ἐφορᾷ καὶ τὰ πάντων ἐπακούει, καὶ προαιρουμένων ἃ μὴ θελόντων. Ἐὰν δὲ ὁ μὲ λαβὼν ὡς ἱερὸν χρῆμα ψευδομαρτύρῳ [a] ἄψαυστον εἴᾳ) δεῖν φυλάττειν, σίτων ἀληθειάν τε καὶ πίστιν, οἱ δὲ τ' ἀλλοτρίων ἔφεδροι βαλαντιοτόμοι καὶ τοιχωρύχοι παρεισφθαρέντες ὑφέλωνται) συληφθέντες, ἀκλεινότατοι ἐπιτίμια διπλᾶ. [b] τὰ κλεπτῶν ἀριθέντα. Εἰ δὲ μὴ συληφθεὶς ἔτει, [c] προείτω γνώμην ἐκκρίνων ὁ λαβὼν εἰς τὸ θεῖον δικαστήριον, καὶ ἀναπείνας τὰς χεῖρας εἰς ἔρανον ὀμνύτω κατ' [d] ἐξολίας ἑαυτῷ, μήτε ἰμέρῳ τῆς ψευδομαρτύρης νοσφίσασθαι, μήτε ἑτέρῳ κοινοφελησῆσαι, μήτε ὅλως ζωεπιψεύσασθαι κλοπὴν γινομένην. Ἄτοπον γὰρ ἢ τὸ μηδὲν ἠδικηκότα ζημιᾶν ἢ τὸ ζωοθαμόνια εἰς φίλων τάξιν ὑφ' ἑτέρων [dd] ἀδικηθέντα, βλάβης αἴτιον ἐκείνῳ γενέσθαι. Παρακαταθῆκαι δ' αἱ μέν ἐν τοῖς ἀψύχοις εἰσιν, ἀλλαὶ καὶ ζώοις· ὧν διτλοῦς ὁ κίνδυνος, ὁ μὲ πρὸς τὰ ἄψυχα κοινὸς μετὰ κλοπῆς, ὁ δὲ ἴδιος καὶ ἐξαίρετος μετὰ θανάτου. Λέλεκται μὲν ἓν περὶ τῶν προτέρων, χρὴ δὲ καὶ περὶ τῶν δευτέρων προνομοθετεῖν. Ἐὰν ἄν [e] ψευδομαρτύρῳ θρέμματα τελευτήσῃ μεταπεμψάσθω τὸ ἐπιορίψαντα ὁ λαβὼν, καὶ ἐπιδεικνύτω, φαύλης ὑπονοίας ῥυόμενος ἑαυτόν· εἰ δὲ ἔκθημος ὢν τυγχάνοι, καλεῖν μὲ ἑτέρους οὐκ ἀρμόττον, ὡς λανθάνειν ἐπιόδασεν ὁ πιστώσας, ἐμμεῖναι δὲ ἀναγκαῖον ἐπανήκοντι, περὶ τῶν μὴ ἐπισκιάζειν ἐψευσμένῳ θανάτῳ νοσφισμὸν ἄδικον. Ἐὰν δὲ λάβῃ τις μὴ ὡς ψευδομαρτύρῳ, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ χρήσασθαι δεόμενος, σκεῦος ἢ ζῶον, ἔπειτα εἰ τὰ ἀμφότερα κλαπείη, ἢ τὸ ζῶον ὑποθάνοι, ζωοδαιρεῖσθω μὲ τῷ χρήσαντι, ὁ λαβὼν ὑπόδικος οὐκ ἂν γένοιτο, τοῦ μὴ σκήπτεσθαι μάρτυρα χρώμενον ἐκείνῳ, μὴ ζωοδαιρεῖσθω δὲ, ἀποτινύτω. Διὰ τί; ὅτι ἐνδέχεται μὴ παρόντος τοῦ κυρίου τ' χρησάμενον ἢ πόνοις ζωοχέσι ἀπολύσαι τὸ ζῶον ὡς ἀποκτεῖναι, ἢ ψευδο-

uterque teſtem vocavit, hic ſe redditurum quum monetur, ille ſe mature repetiturum. Itaque graviſſimum ſcelus committit quiſquis depoſitum negat fallens ſpem amici, mores ſubdolus ore blandus, fidem perfide ſimulans, dextrarum porrectiones violans, nullam ſervans religionem jurisjurandi, adeo ut & humana & divina flocci faciat, & geminum depoſitum neget, unum ſuæ fidei committentis, alterum teſtis falli ac fallere neſcii, omnia videntis, omnia audientis cum voluntarie tum involuntarie agentium. Porro ſi depoſitarius bona fide cuſtodiendum ſtatuat depoſitum ceu rem ſacram, veritatem & fidem reveritus, ſed aliorum bonis inſidiari aſſueti compilatores & vecticularii inſidioſe irrepentes abſtulerint, comprehenſi condemnantor dupli. Sin minus, prodeat ſua ſponte depoſitarius coram divino tribunali, & tenſis ad cœlum manibus juret per mortem ſuam, ſe nec particulam depoſiti fraudaſſe, nec cuiquam tradidiſſe, neque furtum illud commentitium eſſe. Quippe iniquum foret aut nihil mali merentem mulctare, aut amicum ab aliis læſum præter culpam luere. Porro depoſita non tantum fiunt ex inanimis, verum etiam ex animalibus, quæ in duplici periculo, uno cum inanimis communi, furto, altero proprio & ſingulari, morte. De priori diximus, quæ itaque de ſecundo ſancita ſunt non omittemus. Si depoſitæ pecudes moriantur, arceſſito poſſeſſore depoſitarius monſtret ſeque turpi ſuſpicione liberet; quod ſi vero peregre abſit, alios quidem accire haud erit conveniens, quos forſan latere ſtuduit committens, ergo reduci juret, neutiquam ficta morte tegi injuſtam fraudationem. Ulterius ſi quis non ut depoſitum, ſed rogans ut mutuum acceperit vas vel animal, utrumque furto auferatur vel animal moriatur, extra culpam eſt qui mutuum ſumſit ſi adſit qui commodavit, ipſe teſtis rei non fictæ, ſin abſit, rependat. Quare? quia fieri poteſt eum qui mutuum accepit, domino abſente vel laboribus continuis ita fatigaſſe animal, ut necarit, vel vas alienum parvi pendens temere projeciſſe, ubi caute ſervare

Exod. xxii. 7.

Ib. § 8.

[a] ἐπιορίψαντα] Scribe ἐπιπεριψαντα, ut infra non ſemel.

[b] κατασκευάσας] Forſan καταστικάσας. Sicut infra τὰ γνήσια τέθνας ἀριθμοῦν ἐπιστικάζοντα. Et in hoc capitulo ἐπιστικάζειν ἐψευσμένῳ θανάτῳ νοσφισμὸν ἄδικον.

[a] ἄψαυστον] Forſan ἄψαυτον. Depoſitum enim quaſi rem ſacram non licuit contrectare. Heſych. v. ἄψαυστον, ἀπραγμόνητον, ἀνέπαφον, ἀψηλάφητον. Sic ergo malim vertere: *Quod ſi depoſitarius ſui putat eſſe officii depoſitum intactum conſervare ceu rem ſacram.*

[b] τὰ κλεπτῶν ἀριθέντα] Videntur librarii officioſi gloſſarium; certè abeſſe poſſunt, ſalvo loci ſenſu. Vel ſcribi poteſt, τὰ τ' κλεπτῶν ἠλαθέντα.

[c] προείτω] Scribe προσίτω.

[d] ἐξολίας] Melius ἐξωλείας. Solennis juramenti formula apud Athenienſes, ſæpius à Demoſthene memorata. Orat. adv. Mediam, p. 353. ὄμνυσι κατ' ἐξωλείας. Idem adv. Eubulid. p. 713. μηδαμοῦ ἐξωλείας ὑπάρχειν ἑαυτοῖς ποιῶν. Sic vero eam deſcribit Orat. adv. Timocrat. de Heliaſtarum juramento agens, ἐπαρᾶται ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ εἴτι ψεύσαιτο. Similiter in Areopago acculator jurare tenebatur. Demoſth. adv. Ariſtoc. p. 413. διξομεῖν) κατ' ἐξωλείας ἑαυτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ ὅτι τινὰ αἰτιώμενον εἰργάθαί τι τοιοῦτον.

[dd] ἀδικηθέντα] Videtur deeſſe καί.

[e] ψευδομαρτύρῳ] Forſan τὰ ὑπ ψευδομάρτυρι.

debuiſſet, nulla furibus occaſione præbita ſuffurandi. Porro cum rerum conſequentias ſi quis alius optime perſpexerit legiſlator noſter, varia interdicta ſancit, reſpectum habens nexus & convenientiæ antecedentium & conſequentium. Hanc autem dicendorum harmoniam ita oraculo traditam ait ex ore ipſius Dei:

Lev. xix. 11. *Non furabimini, nec mentiemini, nec calumniabimini proximum, nec pejerabitis per nomen meum,*

Ib. ℣ 12. *neque illud profanabitis,* pulcerrime & perquam appoſite. Etenim fur licet convictus conſcientiâ negat & mentitur metu pœnæ, ſi confeſſus fuerit, & poſtquam negavit, calumniando in alium crimen conjicere nititur callide excogitatis artibus, quibus veriſimilis videntur calumnia. Adhæc omnis calumniator ſimul eſt perjurus, nullam pietatis rationem habens, & quando argumentis deſtituitur ſufficientibus confugit ad inartificialem, uti vocant, probationem jurisjurandi, exiſtimans abuſu nominis divini fidem ſibi penes auditores conciliari; ſed hic talis exſecrabilis ac profanus ſciat ſe polluere naturâ purum ſanctum divinumque nomen.

ῥίψαι τὸ ζκεῦ@, ὀλιγωρήσαν]α τῆ ἀλλο]ρίᾳ, ταμιεύειν δέον, ϗ μὴ πα]έχειν εὐμάρειαν εἰς ὑφαίρεσιν κλέπ]αις. Ἀκολυθίαν δ' ἔ τις ἄλλ@ δεινὸς ὢν θεάσαι]ο [f] πε]ασμάτων, ἀπαλορρύσεις ἐπαλλήλυς ἐξῆς νομοθετεῖ, ζοχαζόμν@ εἰρμῷ, ϗ ζωωδὰ πῖς προτέροις τὰ ἐπόμνα ζωυφαίνειν. Τ]ὼ δ' τ λέγειο]ι μελλόν]ων ἁρμονίαν χρησμῷ θεσπισθῆναί φησιν ἐκ προσώπυ τυ θεου τ τρόπον τῦτον· ἀ κλέψε]ε, ἀ ψεύσεσθε, κὴ ἀ [g] ζυκοφαν]ήσε]ε τὺς πλησίον ὑμῶν· ϗ �€κ ὀμεῖσθε ἐπὶ τῷ ὀνέματί μυ ἐπ' ἀδίκῳ, ϗ τὸ ἐμὸν ὄνομα ἀ βεβηλώσε]ε. Παϊκάλως ϗ ζφόδρα παιδευτικῶς. Ὁ τε γὰ κλέπ]ης ὑπὸ τῦ ζωνειδότ@ ἐλε]χόμν@, ἀρνεῖται ϗ ψεύδε], διὸ ϗ τὰς ἐκ τῦ ὁμολογῆσαι τιμωρίας· Ὁ τε ἀρνύμν@ ἑτέρῳ πειθάζει προσβάλλειν τὸ ἔγκλημα ζυκοφαν]ῶν, ϗ τέχνας ἐπινοεῖ δι' ὧν εὔλογον εἶναι δόξει τὸ ζυκοφάν]ημα· πᾶς τε ζυκοφάν]ης ἀθύς ἐσιν ἐπίορκ@, ὀλίγα φροντίζων ἀσεβείας· ἐπειδήπερ ἐλέ]χων ἀπορεῖ δικαίων, ἐπὶ τ]ὼ ἄτεχνον λεγομένην κα]αφύγ], τ]ὼ δ' ὅρκων· οἰόμν@ κα]ακλήσ] θεῦ πίσιν [i] ἐργάσαι]ο πῖς ἀκούσιν. Ἀνιερὸς δ' ὁ πισ@ ὢν ϗ ἀβέβηλ@ ἴσω, μιαίνων τὸ ἀμίαν]ον φύσ] [k] ἀγαθὸν ϗ θεῖον ὄνομα.

Exod. xx. 16. ## *Non perhibebis Falſum Teſtimonium.*

NOnum hoc eſt totius decalogi præceptum, ſed ſecundæ tabulæ quartum, infinita commoda afferens vitæ humanæ ſi ſervetur, ſicut contra, ſi negligatur, immenſa damna. Etenim turpe eſt eſſe calumniatorem, ſed turpius falſum eſſe teſtem, nam ille ſibi ipſi, hic aliis ſuccurrendo malus eſt, & in comparatione malorum minus injuſtus, qui ſui quam qui aliorum cauſſa peccat. Et quidem accuſatorem judex ſuſpectum habet tanquam exiguam habentem curam veri, modo vincat, unde etiam exordio orationis benevolentiam auditorum captare oportuit; teſtis vero nullo ſibi antea crimine cogniti narrationem libens & favens excipit, ac veritati, rei omnium præſtantiſſimæ, prætexentem ſpecioſa verba; his autem falſus teſtis, non aliter ac venator eſcâ, utitur, animos capiendo aptiſſimis ad ea quæ cupidus exoptat. Hanc ob rem ſæpius legiſlator monet,

Ib. xxiii. 1, 2. *nulli malo aſſentiri nec homini neque negotio.* Allicit enim approbatio rei malæ ad falſum te-

## Οὐ Ψευδομαρ]υρήσεις.

ΕΝα]ον μὲν ἐσι τυτὶ τ δέκα κεφαλαίων, τ ἢ ἐν τῇ δευτέρᾳ σήλῃ τὸ τέτα]ον ἀριθμῷ, μυρία ἢ τ ἀνθρώπινον βίον ὠνῆσαι δυνάμνον εἰ φυλάτ]οιτο, ὡς ϗ τἐναντίον ἀμελύμνον βλάψαι. Ψεκ]ὸς μὲ γὰ ὁ ζυκοφάν]ης, ὁ ἢ τὰ ψεύδη μαρτυρῶν μᾶλλον ἐκεί]@. Ὁ μὲ γὰ αὐτῷ βοηθῶν, ὁ ἢ ἄλλῳ ζυμπεράτ]ων πονηρός· ἐν ἢ ζυ]κρίσ] κακῶν ἀνδρῶν ὁ δι' αὐτὸν ἁμα]άνων, τυ δι' ἕτερον ἧ]ον ἄδικ@. Καὶ τ μὲ καλήγορεν ἐκπο]λέπε] πᾶς δικασ]ὴς, ὡς ὀλίγα φροντίζον]α τ ἀληθείας ἕνεκα τῦ πειγμένυ. Διὸ ϗ προοιμίων ἐδέησεν εἰς προσεχλὼ ἀκροατ]ὸν τῷ λέγον]ι· τυ ἢ μα]υρῶν@ ἐπ' αὐτῷ [l] προπεπονθὼς ὕπνλον ἐλεύθερα γνώμη ϗ ἀναπεπ]αμένοις ὠσὶν [m] ἀνέχε], πίσιν ϗ ἀλήθειαν ὑπ]δυομένυ τὸ πρᾶγμα, τ μὲ ὠφελιμω]άτων τὰ ἐνέμα]α. Ὀνομάτων δὲ προσαγωγότα]@ κειθάπερ δελέασιν ἐπὶ θήρᾳ χρῆται ὧν ὀρέγεται καὶ πεθεῖ. Διὸ πολλαχῦ παραινεῖ τ νομεθεσίας, ἀδίκῳ μηδένι ζωαινεῖν, μήτε ἀνθρώπῳ, μήτε τῷ πρά]μα]ι. Προκαλεῖται γὰ ἡ ζωαίνεσις ἐφ' ὑγιεῖ μὴ ῃμνμένῃ [n] τῷ ψευδομαρ]υρεῖν. Ἐπεὶ ϗ πᾶς

[f] πρα]μάτων] Forſan melius πρσ]αγμάτων, ſcil. *præceptorum.* Item mox in ſequentibus πρσνομοθετεῖ.

[g] ἀ ζυκοφαντήσε]ε] Textus ſacer Lev. xix. 11. ἀ συκοφαντήσ] ἕκας@ τ πλησίον ἑαυτῦ.

[i] ἐργάσαι]ο] Melius ἐνεργάσια]ο.

[k] ἀγαθὸν] Quidni ἅγιον? Cui favet Textus ſacer jam citatus; Lev. xix. 12. ϗ ἀ βεβηλώσε]ε τὸ ἅγιον τ θεῦ ὑμῶν, vel forſan ἀγαστὸν. Heſych. v. ἀγαστὸς, θαυμαστὸς ϗ ἐπαινετός.

[l] πρπεπνθὼς] Forſan ἀ πρπεπνθώς.

[m] ἀνέχε]] Melius ἀναδέχε]. Mox etiam ſcribe πρσαγωγο]άτοις.

[n] τ] ψευδομαρ]υρεῖν] Repone ἐπὶ τ, ſicut in ſequentibus, πρκαλημένῳ τ] πλήθ ἐπὶ ε-δημίᾳ, quanquam ibi melius ſcribitur ε-δημίαι.

ὅτῳ

ὅτῳ πρόσαντες καὶ ἐχθρὸν τὸ ἄδικον, ἀληθείας φίλον. Ἑνὶ μὲν οὖν μοχθηρῷ μὴ ξυναπονοηθῆναι θαυμαστὸν οὐδέν, εἰς τὰ ὅμοια προκαλουμένῳ, πλήθει δὲ ὅτι συμνομίᾳ οἷα κῶμος πρανὴς αἱρέσεως ῥύμῃ φερομένῳ μὴ ξυνενεχθῆναι, γενναίας ψυχῆς ἐστι καὶ φρονήματος ἀνδρεία ξυσκευαζομένου. Ἔνια γὰρ τοῖς πολλοῖς κἂν συμνομώτατα ᾖ, νόμιμα καὶ δίκαια εἶναι νομίζουσιν, κρίνοντες οὐκ εὖ. Φύσει μὲν ἔπεσθαι καλὸν, ἀκολουθία φύσεως ἡ ἀντίπαλον ὄχλω φορά. Ἐὰν οὖν τῷ θιάσους καὶ πολυανθρώπους ὁμίλους ἐγηρόμενοί τινες νεωτερίζειν, τούτοις μὲ ξυναινετέον, ὡς τὸ ἀρχαῖον καὶ δόκιμον τῆς πολιτείας νόμισμα συγκόπτουσιν. Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία μεῖζον κακόν. Ἀλλὰ πασύτῃ τινες ὑπερβολῇ χρῶνται μοχθηρίας, ὡς μόνον ἀνθρώπων ἀληθῆ καθηγορεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ μοί τε τῇ μοχθηρίᾳ διαιρέσει καὶ τέμνουσι τὸ ψεῦδος ἄχρι οὐρανοῦ, τῆς μακαρίας καὶ εὐδαίμονος θείας φύσεως καταμαρτυροῦντες. Εἰσὶ δ' οὗτοι τερασκόποι καὶ οἰωνοσκόποι καὶ θυταὶ καὶ ὅσοι ἄλλοι μαντικοὶ ἐκπονοῦσιν, τοὺς σὺν τέχνῃ ἀτεχνίαν, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ὀπιτηδεύοντες, σκώμμα τῆς ἐντέχνου κακοηθείας καὶ προφητείας. Προφήτης τε μὲν γὰρ οὐδὲν ἴδιον ἀποφαίνεται τὸ σκάπαν, ἀλλ' ἔστιν ἑρμηνεύς, ὑποβάλλοντος ἑτέρου πάνθ' ὅσα προφέρει, καθ' ὃν χρόνον ἐνθουσιᾷ γεγονὼς ἐν ἀγνοίᾳ, μεθεστηκότος μὲν τοῦ λογισμοῦ, καὶ σκεδαννυμένου τὴν τῆς ψυχῆς ἀκροπόλιν· ὑπεισελθόντος δὲ καὶ ἐνοικήσαντος τοῦ θείου πνεύματος, καὶ πᾶσαν τῆς φωνῆς ὀργανοποιΐαν κρούσαντος, καὶ ἐνηχήσαντος εἰς ἐναργῆ δήλωσιν ὧν προθεσπίζει. Τῶν δὴ τοῦ σκάσημον καὶ βωμολόχον μανικοῦ ζηλωτὴν ἕκαστον, τῇ εἰκασίαις καὶ σοφισμοῖς ἀνοίκειον τάξιν σκατίθησιν τοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ τοὺς ἀβεβαίους τὸ ἦθος ὑπαγόμενον ῥᾳδίως, καθάπερ ἀνερμάτιστα σκάφη πολὺς ἀντιπνεύσας ἀνωθεῖ καὶ ἀναῤῥίπτει, μαινωλύων ὑποδρόμοις ἀσφαλέσι προσχεῖν τὴν εὐσεβείας. Τὰ γὰρ πεπλασμένα προλέγειν οἴεται δεῖν, ὡς οὐκ αὐτὸς εἰρὼν, ἀλλ' ὡς ἀφανῶς αὐτῷ μόνῳ χρησθέντα θεῖα λόγια, πρὸς βεβαιοτέραν πίστιν ἀπάτης μεγάλων καὶ πολυανθρώπων ὁμίλων. Τὸν τοιοῦτον εὐθυβόλῳ ὀνόματι ψευδοπροφήτου προσαγορεύει, κιβδηλεύοντα τοῦ

stimonium, ſicut contra veritatis amico exoſa & inimica eſt injuſtitia. Cæterum uni viro malo ad ſocietatem ſceleris vocanti ſe non adjunxiſſe haud mirum, ſed à multitudine in peſſima quævis, velut agmine facto, per præceps ruente non abripi, generoſæ indolis eſt & fortis animi. Quidam enim quæ multitudini placent, licet iniquiſſima, æqua & juſta eſſe putant perperam omnino; nam naturæ convenienter vivere pulchrum, huic vero contrarius multitudinis impetus. Itaque ſi qui catervatim & per numeroſos cætus congregentur ad res turbandas, his veterem & probam republicæ formam adulterare cupientibus ne aſſentiaris; unum enim ſapiens conſilium multarum manuum robur vincit, ſed multitudo indocta grave malum. Quid, quod eo malitiæ quidam procedant, ut non ſolum homines mortales accuſent, ſed etiam tenaciſſimi improbitatis ſuæ extollant extendantque mendacium ad cœlum uſque, contra beatam & ſacram naturam divinam naturam teſtimonium dicentes. Tales ſunt harioli, augures, haruſpices & quicunque demum vaticinatores, artificioſæ vanitatis, ſi verum amamus, ſtudioſi in fraudem vere divini inſtinctus & prophetiæ. Propheta enim prorſus nihil prodit ex proprio, ſed interpres eſt alius inſpirantis quidquid dicit, ignarus omnium quamdiu Deo plenus eſt, ſecedente & arcem animæ deſerente ratione, ſuperveniente vero & eam occupante divino ſpiritu omnemque vocis machinam pulſante ac formante ad ea, quæ prædicit, diſtincta enuntianda. Quicunque vero ſpuriæ ac ſcurrilis divinationis ſtudioſus eſt, fictis conjecturis ordinem veritatis invertit, & jam mobili vulgo facillime imponens, quemadmodum ventus naves non ſaburratas ſuccuſſat evertitque, impediens quominus in tutum pietatis portum ſubducantur; nam deliria ſua venditat non ut à ſe excogitata, ſed quo validus ſeducat numeroſam multitudinem, ut divina oracula ſibi uni patefacta. Hunc talem ceu veræ prophetiæ adulteratorem, & genuina ſpuriis inventis tegentem appoſite *pſeudoprophe-*

[o] ἵνα] Melius ad ſenſum ἵνα. Ibidem poſt πολλοῖς, deeſſe videtur δικαίᾳ.

[p] φορὰν] Scribe φορά.

[q] ἠγερόμενοι] Sic MS. Forſan errore librarii pro ἀγερόμενοι. Heſych. v. ἀγερμῶν ἀθροιζομένων.

[r] ταραχάζωσι] Deeſſe videtur τολμῶσι, vel ἐπιχειροῦσι, vel vox aliqua conſimilis. Scribendum etiam τούτοις.

[s] ἐπὶ μοί τε, &c.] Locus à librario male exſcriptus. Sic vero reſtituendus ἐπιμανίοις τῇ μοχθηρίᾳ διαίρεσι καὶ ἐπιτείνουσι.

[t] ἀτεχνίαν] Melius κακοτεχνίαν, ſicut ſcribitur in loco parallelo apud Noſtrum lib. de Leg. Special. p. 792. Mox vero pro ἐντέχνου, ſcribendum videtur εὐθείᾳ. Sicut ſupra p. 516. εὐθεῖα καὶ ἀκέραιος καὶ τὸ προφητικὸν γένος χρῆται. Plat. in Phædro p. 244. μανικῇ χρώμενοι εὐθείᾳ.

[u] προφήτης] Eadem docet Noſter lib. *Quis Rer. Div. Her.* p. 517. προφήτης γὰρ ἴδιον μὲν οὐδὲν ἀποφθέγγεται, ἀκούσας δὲ παρὰ ὑφηγητοῦ ἑτέρου. Ex quo loco forſan & hic pro ἀποφαίνεται, ſcribendum ἀποφθέγγεται. Hanc Philonis de inſpiratione ſententiam vide alibi lib. de Vit. Moſ. p. 644. de Monarch. p. 820. & de Præmiis p. 918. Huc vero etiam affer Platonem in Socrat. p. 22. Joſeph. Ant. lib. iv. c. 5. Clem. Pædag. lib. i. c. 7. Theodoret. quæſt. xlii. in Numer. Iſidor. Pel. lib. iii. ep. 94. Suid. v. προφητεία, & dicta ſupra à Nobis ad p. 517.

[x] ἀγνοίᾳ] Forſan ἀνοίᾳ, ſcil. *mentis furore* vel *exceſſu*.

[y] δὲ] Scribe δὴ. Item σωματικόν.

[z] ἀντιπνεύσας] Senſus poſtulat, ut addatur ἄνεμος. Scribe etiam ἀνῳθῆ. Sicut alibi paſſim Philo.

tam nuncupat. Aſt brevi omnino deteguntur hujuſmodi præſtigiæ, natura nolente perpetuo latere, ſed commodam nacta occaſionem vi inviſta pulchritudinem nativam monſtrante. Quemadmodum enim in ſolis deliquio radii momento obſcurati paullo poſt fulgent, clarum & ſine umbra reddentes ſplendorem, ſole, remotis quæ impediebant, lucidum undique jubar in ſereno aëre ſpargente: ſic etſi quidam commentitiæ divinationis artifices oracula edant, palliantes ſemet honeſto nomine prophetiæ divinitus inſpiratæ, Deum mentiti facili negotio arguentur; redibit enim veritas & relucebit, ſplendidiſſimo lumine ſuo mendacii caliginem diſpulſura.

Num. xxxv. 30. Deut. xvii. 6. & xix. 15.

Adhæc pulcerrime præcipit unius teſtimonio non confidendum, primum quia fieri poteſt unius viſum auditumve falli, non probe attendere adeoque decipi; falſarum enim opinionum infinitus eſt numerus, & offenſionum infinitæ cauſſæ: deinde quia contra plures, immo contra unum uno teſte uti iniquiſſimum. Non contra illos, quia merentur ut plus fidei ſibi tribuatur quam uni, neque contra unum, quia numero pares ſunt, ex æqualibus vero neutrum poteſt præferri. Cur enim potius teſti contra alium teſtanti, quam reo pro ſe cauſſam dicenti fides habenda? Tutiſſimum vero, meo judicio, nihil definire, ubicunque nihil deeſt, nihil abundat.

ἀληθῆ προφητείαν, ᾗ τὰ γνήσια νόθοις ῥήμασι βλασκαίζοντα, χρόνῳ ἢ παντάπασιν ὀλίγῳ ἀφικαλύπτει τὰ τοιαῦτα ψεύδη μαντεύματα· ἡ φύσεως σὺν αἰεὶ κρύπτεσθαι φιλούσης, ἀλλ' ὁπόταν καιρὸς ᾖ, τὸ ἴδιον κάλλος ἀναφαινούσης αἰτητὴν δωσάμενον. Ὡς γὰρ ἐν ταῖς ἡλιακαῖς ἐκλείψεσιν [a] αἱ ἀκτῖνες πρὸς βραχύτατον ἀμαυρωθεῖσαι, μικρὸν ὕστερον ἀναλάμπουσιν, ἄσκιον καὶ τηλαυγὲς ἅπαν ἐπιδεικνύμεναι φέγγος, μηδενὸς ἐπιπροσθοῦντος ἡλίῳ τὸ παράπαν, ἀλλ' ὡς ἐν αἰθερίᾳ καθαρᾷ [b] ὅλοσον ἀναφαίνονται· οὕτως κἂν χρησμολογῶσί τινες, μανικλεῖ μὲν ἐψευσμένην τεχνάζοντες, ὑποδυόμενοι δὲ ἁπλῶς ὄνομα προφητείας [c] ἐνθυσιώσεις, καταψευδόμενοι θεοῦ, διελεγχθήσονται ῥᾳδίως. Ἥξει γὰρ πάλιν ἡ ἀλήθεια καὶ ἀναλάμψει φῶς ἀπαστράπτουσα τηλαυγέστατον, ὡς τό γε ἐπισκίασαν ψεῦδος ἀφανισθῆναι.

Πάλαιον μὲν κἀκεῖνο προσδιατάξαιτο, κελεύσαντος ἑνὸς μαρτυρίαν μὴ προσίεσθαι. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐνδέχεται ἕνα καὶ παραδεῖν τι καθ' [e] ἑκούσιον, καὶ παρεπιθυμηθῆναι ἢ ἀπατηθῆναι. Δόξαι γὰρ αἱ ψευδεῖς μυρίαι καὶ ἀπὸ μυρίων ἐώθασι προσπίπτειν. Δεύτερον δὲ ὅτι καὶ πλειόνων ἢ καθ' ἑνὸς [f] ἀδικωτάτῳ χρῆται μάρτυρι. [g] πρῶτον μὲν ὅτι δὴ πρὸς πίστιν ἀξιονικώτεροι ἑνός· τῷ δὲ, ἐπειδὴ κατ' ἀριθμὸν ἴσῃ προφέρει, τὸ δὲ ἴσον πλεονεξίας ἀλλότριον. Τί γὰρ μᾶλλον, τῷ μάρτυρι καθ' ἑτέρου διεξιόντι ἢ τῷ καταγορεύοντι αὐτοῦ λέγοντι ζωντανεῖον; Ἄρτιον δὲ ὡς ἔοικεν ἐπίσχειν ἔνθα μηδὲν ἐνδεῖ μηδὲ ὑπερβάλλῃ.

---

# *ΤΑ ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΣΤΟΥ.

## DE JUDICE.

CUM omnes qui ſacram Moſaicæ reipublicæ diſciplinam ſequuntur, omni perturbatione quæ ratione caret, omni vitio debere vacuos eſſe lex ſtatuit, tum præcipuè eos qui ad judicandum de aliis vel ſortito delecti ſunt, vel ſuffragiis cooptati. Abſur-

ΟΙΕΤΑΙ δεῖν ὁ νόμος ἅπαντας τοὺς συμφερομένους τῇ καλῇ Μωσέως ἱερᾷ πολιτείᾳ, παντὸς ἀλόγου πάθους καὶ πάσης κακίας ἀμετόχους [a] εἶναι· διαφερόντως δὲ τοὺς τοῖς ἄλλοις λαχόντας ἢ χειροτονηθέντας δικάζειν. Ἄτοπον γὰρ ἁμαρτήμασιν ἐνόχους εἶναι p. 718.

[a] ᾗ] Melius αἱ.
[b] ὅλοσον] Forſan abbreviatè à librario ſcriptum pro ὅλως αὐτόν.
[c] ἐνθυσιώσεις] Scribe ἐνθουσιώσεις.
[e] ἑκούσιον] Repone ἀκούσιον. Mox etiam ſcribe μυρίαι.
[f] ἀδικωτάτῳ] Melius ἀδικώτατον. Mox etiam pro μάρτυρι, repone μαρτυρίᾳ.
[g] πρῶτον] Forſan πῶς.
* Forſan melius ſcribitur τὰ πρὸς δικαστήν. Sic enim Codex Medicæus τῦ αὐτῦ κεφάλαια νόμων τὰ πρὸς δικαστήν. Similiter Cod. Bodl. De quo omnino videndus Johannes Seldenus de Synedr. Hebræor. lib. ii. c. 13. Item Noſter infra in lib. de Juſtitiâ ὑ βραχὺ μέρος τὸ πρὸς δικαστήριον ᾗ δικαστήν. Eſt vero libellus hicce pars & membrum præcedentis de teſtimonio falſo, continetque reliqua Philonis dicta ad præceptum nonum. Sic enim ille ad opuſculi finem, ἐπὶ τὸ τελευταῖον τῶν δέκα λογίων, τῦτο δέ ἐστιν, οὐκ ἐπιθυμήσεις.
[a] εἶναι] Additur in Codice Bodleiano, μᾶλλον δὲ τοὺς τοῖς ἄλλοις νόμοις χρωμένους.

τοὺς

τὰς τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια βεβιβάσεσθαι ἀξιώσῃς, εἰς ἀναγκαῖον καθάπερ [b] ἀπ' ἀρχετύπου γεγραφῆς ἀνομάτωσθαι τὰ φύσεως ἔργα πρὸς μίμησιν. Ὡς γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις ἀλεαίνουσα ὧν ἂν προσάψῃ, θερμὴ πολὺ πρότερον αὐτὴ καθέστηκεν ἐξ αὐτῆς, καὶ κατ' ἐναντίον ἡ τοῦ χιόνος τῷ καταψύχεσθαι καὶ τἆλλ' ἀπεψύχθ· ἕτως ὀφείλει καὶ δικαστὴς ἀναπλεως εἶναι δικαιοσύνης ἀκραιφνοῦς, εἴ γε μέλλει τὰ δίκαια τοῖς ἐπεξιοῦσιν ἐπάρδειν, ἵν' ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς γλυκείας ῥέῃ τὰμα πότιμον πᾶσι δικαιοσύνη. Τοῦτο δὴ συμβήσεται, ἐάν τις δικάζειν εἰσιὼν, ἐν ταὐτῷ νομίζῃ κρίνειν τε καὶ κρίνεσθαι, καὶ ἀναλαμβάνῃ ἅμα τῇ ψήφῳ, σωφροσύνην μὲ εἰς τὸ μὴ ἀπατᾶσθαι, δικαιοσύνην δ' εἰς τὸ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις ἀπονέμειν, ἀνδρείαν τε πρὸς τὸ ἀνίεσθαι πρὸς ἱκεσίας καὶ οἴκτους, καὶ τὰς τῶν ἑαλωκότων τιμωρίας. Ὁ δὲ τούτων ἐπιμελούμενος τῶν ἀρετῶν, κοινὸς εὐεργέτης εἰκότως ἂν νομίζοιτο, κυβερνήτης τρόπον ἀγαθὸς, τὰς χειμῶνας τῶν πραγμάτων ἐξευδιάζων, ἕνεκα ζωῆς καὶ ἀσφαλείας [c] τῶν τὰ οἰκεῖα ἐπιτετραφότων αὐτῷ.

Κελεύει δὴ πρῶτον ὁ νόμος τῷ δικαστῇ, μὴ παραδέχεσθαι ἀκοὴν ψευδῆ. Τί δή τοῦτ' ἔστιν; ἔσω, φησὶν, ὦ ἄτος, τὰ ὦτά σου κεκαθαρμένα· κεκαθαρθήσεται δὲ, ἐὰν νάματι πανδαίων λόγων συνεχῶς ἐπαυλῆται, τὰς ψευδεῖς καὶ πεπλασμένας καὶ χλεύης ἀξίας μυθογράφων ἢ μιμολόγων ἢ τυφλοπλαστῶν τὰ μηδενὸς ἄξια σεμνοποιούντων, μακρὰς ῥήσεις μὴ προσιέμενα. Δηλοῦται δ' ὅτι τὸ μὴ παραδέχεσθαι ψευδῆ ἀκοὴν, καὶ ἕτερόν τι τῷ προτέρῳ συνᾴδον· πᾶς ἀκοὴ μαρτυροῦσι, φησὶν, ὁ προσέχων, ψευδῶς καὶ οὐχ ὑγιῶς προσέχει. Διότι ὀφθαλμοὶ μὲ αὐτοῖς ἐντυγχάνουσι πᾶσι γινομένοις, ἐφαπτόμενοι τρόπον τινὰ τῶν πραγμάτων, καὶ ὅλα δι' [d] ὅλων καταλαμβάνοντες, φωτὸς συνεργοῦντος, ᾧ πάντα αὐγάζεταί τε καὶ [e] διελέγχεται. [f] Ὅτα δ', ὡς ἔφη τις οὐκ ἀπὸ σκοπῆς τῶν προτέρων, ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα, πράγμασι μὲ οὐκ ἐντυγχάνοντα, ἑρμηνεῦσι δὲ πραγμάτων λόγοις οὐκ ἀεὶ πεφυκόσιν ἀληθεύειν πλανᾶται. Διὸ καὶ τὴν παρ' ἕλλησιν ἔνιοι [g] νομοθετῶν μεταγράψαντες ἐκ τῶν ἱερωτάτων Μωσέως κηλῶν, εὖ διατάξασθαι δοκοῦσι, μὴ μαρτυρεῖν [h] ἀκοὴν· ὡς δέον, ἃ μὲ εἶδέ τις, πιστὰ κρίνειν, ἃ δὲ ἤκουσε, μὴ πάντως βέβαια.

dum enim fuerit, ut qui cæteris volunt jus dicere, ipsi sceleribus constricti teneantur: quos naturæ officia ad primariæ picturæ imitationem exprimere oportebat. Etenim ut vis ignis quæ contigerit calefaciens, multo ante ex se fervet: nivis contra vis cum sit frigida, res quoque alias refrigerat, ita debet & judex sincera esse justitia refertus, si quidem justa & æqua transfundere voluerit in illos qui ad eum confugiunt, uti velut ex dulci fonte rivus potatu gratus in eos qui sitiunt æquitatem, derivetur. Id ita demum fiet, si is qui ad judicandum ascendit tribunal, judicari se non minus quam judicare cogitet, & unà cum calculo assumat prudentiam ne decipiatur, justiciam ut quod cuique debetur pro dignitate tribuat, fortitudinem ne flectatur precibus aut misericordia, quominus animadvertat in convictos sceleris. Nam cuicunque virtutes hæ curæ fuerint, communis patronus meritò existimandus est, quippe qui more boni gubernatoris tempestates rerum ad salutem securitatemque illorum qui ei res suas commiserunt, tranquillat.

Ergo ante omnia lex præcipit judici, *ne vanam narrationem auribus accipiat.* Quasi dicat? Heus tu, cura ut aures perpurgatas habeas: purgabuntur autem, si sæpius eluantur sermonum bonorum rivulo, & vanas ac proculcatas & irrisione dignas poetarum vel mimorum vel præstigiatorum, nullius momenti res amplificantium, prolixas orationes non admittant. Quin ex hoc, *auditionem vanam non accipere*, & aliud quiddam indicatur, quod cum priore quasi concinit: qui auritos testes, inquit, accipit, vane non sane accipit. Nam oculi rebus ipsis interveniunt & contrectant quodammodo, totasque in totum percipiunt, adjuvante luce per quam illustrantur deprehendunturque omnia. Aures autem, sicut recte dixit quidam è veteribus, minus cautæ quàm oculi, ut quæ rebus ipsis non intercurrunt, sed cum sermonibus rerum interpetibus nec semper veritatem dicentibus, circumaguntur. Quare quidam è Græcis legislatoibus qui è sacratissimis Mosis tabulis descripserunt, bene præcepisse videntur, vetantes ne ex auditu feratur testimonium: quòd quæ quis vidit, certa, quæ verò audivit, non perinde firma judicare debeat.

Exod. xxiii. 1.

[b] ἀπ'] Restitui ex MSS. Mox scribe ἀναπομάτωσθαι.
[c] τῶν] Restitui ex MSS.
[d] ὅλων] Ita MSS. Med. & Bodl. pro ὅλων. Sic alibi sæpius à Philone scribitur.
[e] διελέγχεται] Nonnulli Codices ἀλαλάμπτει, sed forsan nil mutandum. Similiter scriptum à D. Paulo ad Ephes. v. 13. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται.
[f] ὦτα] Eadem habet Philo lib. de Confus. Ling. p. 340. & de Vit. Mos. p. 644. Vide ibi dicta; iste vero à Nostro jam citatus, ut sententiæ autor, Heraclitus est.
[g] νομοθετῶν] Solonem præcipuè respicit, ut opinor. Sic enim Demosthen. Orat. adv. Eubulid. p. 706. ὥμην μὲν ἔγωγε—προσήκειν Εὐβουλίδῃ, καὶ πᾶσι δέ, ὅσοι νῦν ἐπὶ ταῖς λήψεσι καλήγορᾶσιν, ὅσα ἴσασιν ἀκριβῶς λέγειν, καὶ μηδεμίαν

[h] ἀκοὴν] Supra lib. de Conf. Ling. p. 340. scribitur ἀκοῇ. Sicut etiam apud Joh. Damascen. in Sacris Parallelis ex Philone p. 754. & Anton. Serm. 22. Sed tamen receptam lectionem tueri malo, cum Demosthenes in locis jam citatis habeat ἀκοῇ. Verba quoque legis apud eundem p. 634. ἀκοῇ δὴ μαρτυρεῖν τιθεῖσ, ὀμωμοσίαν δὲ ὑπερορᾶν, &c. Idem adv. Eubulid. p. 710. προσήκει δήπουθεν εἰδότας μαρτυρεῖν, καὶ μὴ μόνον ἀκοῇ.

προσάγειν ἀκοῇ· ὅτῳ δὲ τοῦτο ἄδικον καὶ ζημίας πάλαι κέκρικε, ὅτε οὐδὲ μαρτυρεῖν ἀκοῇ ἐῶσιν οἱ νόμοι, &c. Idem adv. Steph. p. 634. οἱ δέ γε νόμοι οὐ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ' ἄν (fortè ἃ ἄν) εἰδῇ τις, καὶ οἷς ἂν προσήκῃ προστιθεμένοις, ταῦτα μαρτυρεῖν κελεύουσι—ἀκοῇ δ' οὐκ ἐῶσι ζῶντος μαρτυρεῖν, ἀλλὰ τεθνεῶτος.

[o] Τὸ λόγιον] Deeſt in MSS. & forſan redundat.

[p] προπυστεύειν] MS. Pariſ. προπυσδύειν, & forſan rectius. Vide p. 73, 268, 629. Vide etiam Demoſthen. adv. Ariſtocrat. p. 423. Sic ergo emenda Philonem ſupra p. 698.

[q] Τί δὴ δεῖ πεπολεμῶσθαι] Ita MS. Bodl. pro τί δῆ πολεμεῖν. Iſtius autem lectionis veſtigia quædam reſtant in MSS. Med. & Vat. ubi ſcribitur, Τί δὲ δῆτα πολεμός τε Vide Harpocrat. v. ἀπολελιμῶσαι.

[r] καίοντας] Melius forſan κείροντας. Supra p. 712. μήτε δενδρολομεῖν, μήτε κείρειν· ſimiliter emendamus Philonem lib. de Decal. p. 748.

[s] θέρους] MS. Bodl. ἀέρων· ſcribe ἀέρος, ſicut ſupra p. 703. ἀέρος ἀκρασίας. Ita quoque lib. de Abraham. ἀέρος καὶ τῶν ἐτησίων ὡρῶν ἀκρασίαν. Vide etiam p. 815 & 316.

[t] ἀληπλον] MS. Bodl. ἀληπλικὸν, unde conjicio à Philone ſcriptum ἀδληπλικόν. Lib. de Nobilitate p. 904. διὰ ἀθλητικὸν ἐρωμὸν, &c

[v] ἔγγονα] MS. Bodl. εὔτοκα, & ſic rectè. Infra p. 714. τὸ γὰρ γήλιχον αὔξῃ σὺν εὐτοκίᾳ.

[x] νέα φυτὰ] MS. Bodl. νεόφυτα· cui conſentit Clemens ibidem, noſterque ipſe infra.

las plantas nutricari per triennium, resectis superfluis stolonibus, ne graventur onere, neve absumpto alimento in minutos ramulos, languescant stirpes ipsæ: easdemque ablaqueari, nequid succrescens in proximo earum augmenta impediat. Fructum quoque harum non sint decerpi pro cujusque arbitrio, non solum quia imperfectus ex imperfectis nascitur: (nam neque animantes ante adultam ætatem generationi sunt idoneæ) sed etiam quia inde læduntur tenera arbuscula, & quodammodo ad humum deprimuntur, in altum assurgere non permissa. Proinde agricolæ quamplurimi vere ineunte novellas stirpes inspiciunt, ut si quem proferunt fructum, deterant prius quam excrescat, metuentes ne parentibus officiat. Quod ni præcaveatur, ita fit ut cum jam adultæ fructum ferre debeant vel prorsus sterilescant, vel abortiantur debilitatæ, exhaustæ partu intempestivo: sicut palmites vetusti nimium aggravati, una cum radicibus ipsis stirpes absumunt. At post triennium actis jam altius radicibus & in solo defixis firmiter, stirps jam quasi fundamentis stabilibus nixa cum vigore assurgens, edere potest perfectos fructus anno quarto, juxta perfectum numerum. Quaternario isto jubet fructum decerpere, non in privatos usus, sed ut Deo sacretur primitiarum nomine, in testimonium gratitudinis ob beneficia recepta & in spem fertilitatis futuræ, dein in posterum frui. Vides bonitatem eximiam, primo diffusam in omnes species hominum, non exteris exclusis, non hostibus: deinde in bruta quoque rationis expertia, licet sint impura: post omnia verò in omne genus plantas ac stirpes. Quisquis enim in naturis sensûs expertibus edoctus sit æquitatem, ne in animatas quidem facilè peccaverit; & quisquis nihil absurdi tentat in cæteris animantibus, jam inde discit rationalibus potiorem curam impendere.

Talibus præceptis ubi mentes civium suorum mansuetas reddidit, liberavit eos ab arrogantia superbiaque, vitiis molestissimis & gravissimis, quæ tamen multi amplectuntur pro virtutibus: præsertim quando opes & honores & magistratus luxum nimium suppeditant. Nam arrogantia sæpe nascitur etiam in contemptis & obscuris hominibus, sicut cæteræ animæ perturbationes & ægritudines: sed profectum & augmen-

τίαν ἐξῆς τιθλωσῆας, τάς τε περιττὰς ἐπιφύσεις ἀποτέμνοντας, ὑπὲρ τοῦ μὴ βαρυνόμενα πιέζειν, καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ καλακερματιζομένης τῆς τροφῆς δι' ἔνδειαν, ἐξασθενεῖν, γυρᾶν τε καὶ περισκάπτειν, ἵνα μηδὲν τῶν ἄνω ζημίαν παραβλαστάνῃ, τλὼ αὔξησιν κωλύον. Τόν τε καρπὸν οὐκ ἐᾷ δρέπειν καθ' μετουσίαν ἀπολαύσεως, ἀ μόνον ἐπειδὴ ἀτελὴς ἐξ ἀτελῶν ἔμελλεν ἔσεσθαι· καὶ γὰρ τῶν ζώων ὅσα μὴ τέλεια ἀ τελειογονεῖ· [y] ἀλλὰ καὶ διότι βλάπτεσθαι τὰ νεόφυτα, ὃ τρόπον τινὰ [z] χαμαίζηλα ἔμελλε, κωλυόμενα ἐρνᾶσθαι. Πολλοὶ γᾶν τῶν γεωπόνων ἔαρθ' ὥρᾳ ἐπιτηροῦσι τὰ νέα τῶν δένδρων, ἵν' ὃν ἂν τέκῃ καρπὸν, εὐθὺς ἀποθλίβωσι, πρὶν ἐπίδοσιν καὶ αὔξησιν λαβεῖν, φόβῳ τὸ τῶν τεκόντων ἀσθενείας. Συμβαίνῃ γὰρ, εἰ μὴ προφυλάξαιτό τις, ὅτε χρὴ τελεωθέντα καρπὸν φέρειν, ἀγονεῖν, ἢ ἀμβλίσκειν, ἐξασθενήσαντα, τῷ πρὸ καιροῦ [a] πληθῆναι φορᾶς, ὡς αἱ [b] παλαιαὶ κληματίδες [c] ἐπηχθισμέναι ῥίζαις αὐταῖς τρύχουσι τὰ στελέχη. Μετὰ δὲ τρεπ- p. 714.
τίαν, ὅταν αἱ μὲν ῥίζαι βαθυτέρωσι προσεχόμεναι τῷ ἐδάφει κραταιότερον, τὸ δὲ στέλεχος [d] ὥσπερ ἀκλινέσι θεμελίοις ἐπερηρεισμένον αὔξῃ) ζωὴ εὐτονία, δυνάμει) τελειογονεῖν ἔτει τελάρτῳ καὶ τέλειον ἀριθμόν. Τελεσίδι δὲ κελεύει δρέπειν τὸν καρπὸν, οὐ πρὸς ἀπόλαυσιν, ἀλλ' ὅλον αὐτὸν καθιερῶν ἀπαρχὴν τῷ θεῷ· τῇ μὲν τῶν προγεγονότων χαριστήριον, τῇ δὲ, ἐλπίδι τοῦ εἰς τὸ μέλλον εὐκαρπίας· καὶ [e] τῷ μὲν τοῦτο, προσοφείλειν. Ὁρᾷς ὅσον τὸ ἵλεων καὶ χρηστὸν ἐπιδείκνυσι), καὶ ὡς ἀνακέχυκεν αὐτὸ πρὸς ἅπασαν ἰδέαν· ἀνθρώπων τὸ πρῶτον, κἂν ἀλλόφυλός τις ἢ ἐχθρὸς ᾖ, εἶτα ζώων [f] ἀλόγων, κἂν μὴ τυγχάνῃ καθαρὰ, ἐπὶ δὲ πᾶσι, παντῶν ὁμοῦ καὶ δένδρων. Ὃ δὲ ἐν τοῖς ἀφανίσοις φύσεσι προμαθὼν ἐπιείκειαν, εἰς ὅσον ἂν τῆς ψυχῆς μεμερισμένων ἐλαμάρῃσι· ὅ, τε μηδὲν ἐπιχειρῶν νεωτερίζειν πρὸς τὰ ἔμψυχα, πόρρωθεν ἀναδιδάσκει) τὸ λογικῶν, ἐπιμελεῖσθαι.

Τοιαύταις ὑφηγήσεσι τὰς διανοίας τῶν κατ' αὐτὸν πολιτευομένων ἐξημερώσας, ὑπερηφίας καὶ ἀλαζονείας, ἐπιβουλευτῶν καὶ ἐπαχθεστάτων κακῶν, διέζευξεν, ὧν ὡς μεγίστων ἀγαθῶν οἱ πολλοὶ περιέχονται)· καὶ μάλιστ' ὅταν πλοῦτοι καὶ δόξαι καὶ ἡγεμονίαι πρεπούσας ἀφθόνως χορηγῶσιν. Ἀλαζονεία γὰρ φύεται) καὶ ἐν ἠμελημένοις πολλάκις καὶ ἀφανέσιν ἀνθρώποις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ψυχῆς παθῶν τε καὶ νοσημάτων καὶ ἀῤῥωστημάτων· τλὼ δὲ ὅτι πλέον [g] διλάβειαν καὶ παραύξησιν ἀ

[y] ἀλλὰ] Restitui ex Cod. Bodl.
[z] χαμαίζηλα] Melius forsan χθαμαλὰ.
[a] πληθῆναι φορᾶς] MS. Bodl. πιεσθῆναι φορᾶς. Forsan πιεσθῆναι φορᾷς. Supra scribitur βαρυνόμενα πιέζειν.
[b] παλαιαὶ] Forsan πολλαί.
[c] ἐπηχθισμέναι αὐταῖς] Sic MS. Bodl. optimè; Editi nullo sensu, ἐπιλυμέναις ῥίζαις ταῖς ὑπερέχουσιν ἐπὶ στελίχη.
[d] ὥσπερ] Restitui ex Codice Bodleiano.

[e] τῷ] Ita Cod. idem pro τό.
[f] ἀλόγων] Sic pro ἀγόνων repono ex eodem. Item πᾶσι. Editi πάσης. Mox etiam MSS. fide post δένδρων deleo φύσεως.
[g] διλάβειαν καὶ] Deest in nonnullis MSS. vel ergo dele vel repone ἐπίδοσιν. Sicut supra p. 713. ἐπίδοσιν καὶ σωμαύξησιν λαβεῖν. Item p. 879. σωμαυξήσεως καὶ ἐπιδόσεως, & sæpiùs alibi.

λαμβάνῃ,

λαμβάνῃ, ἀλλ' εἶα πυρὲς ὑσία απάνῃ ὕλης ἀμαυρῶται· [h] φυσιοῦνται ἢ ἐν τοῖς μεγάλοις, χορηγὸς, ὡς ἔφαμεν, ἔχουσι τούτου τοῦ κακοῦ, πλοῦτος καὶ δόξας ἢ ἡγεμονίας· ὧν ὑποπλησθέντες, καθάπερ οἱ πολλοὺ ἄκρατον ἐμφορησάμενοι, μεθύουσι καὶ ἐμπαροινοῦσι δούλοις ἐμοῦ καὶ ἐλευθέροις, ἐνίοτε δ' ὅτε καὶ ὅλαις πόλεσι. Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὡς ὁ τῶν παλαιῶν λόγος. Διὸ παγκάλως Μωϋσῆς ἱεροφαντῶν, ὑφηγεῖται πάντων μὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχεσθαι, μάλιστα δὲ ὑπερηφάνου καὶ ὑπερουρίας. Εἶθ' ὑπομνήσιν ποιεῖται τῶν ἀναφλέγειν τὸ πάθος εἰωθότων, πλησμονῆς τὰς [i] τροφὰς ἀμέτρους, καὶ οἰκιῶν καὶ κτημάτων καὶ θρεμμάτων ἀφθόνους κτήσεις. Γίνονται γὰρ οἱ τοιοῦτοι αὐτῶν ἀκρατορες, διαιρόμενοι καὶ φυσώμενοι, εἰς μία θεραπείας ἐλπὶς, τὸ μηδέποτε ἐκλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ. Καθάπερ γὰρ ἀνατείλαντος ἡλίου, τὸ μὲν σκότος ἀφανίζεται, φωτὸς δὲ πληροῦται τὰ πάντα· ὁ αὐτὸν τρόπον ὅταν [k] θεὸς ὁ νοητὸς ἥλιος ἀνάσχῃ καὶ ἐπιλάμψῃ [l] ψυχαῖς, ὁ μὲν τῶν κακιῶν καὶ παθῶν ζόφος ἀνασκίδνατο· τὸ δ' αὐγοειδέστατον κρείττων τὸ καθαρώτατον καὶ ἀκήρατον εἶδος ἐπιφαίνεται. [m] Στέλλει δ' ἔτι μᾶλλον καὶ καθαιρεῖ ὑπερηφάνειαν ἀξιῶν, τὰς αἰτίας συλλέγειν, δι' ἃς ἄλησεν θεοῦ μνήμην [n] ἀγαλματοφορεῖ, ὅτου γάρ σοι, φησὶ, δέδωκεν ἰσχὺν ποιῆσαι δυνάμιν· ἄγαν παιδευτικῶς. Ὁ γὰρ ἀκριβῶς ἀναδιδαχθεὶς, ὅτι δῶρον εἴληφε παρὰ θεοῦ τὸ εὔτονον καὶ ῥωμαλέον, τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν σκοπιζόμενος, ἣν πρὶν ἀπολαῦσαι τὰ δωρεὰς εἶχεν, ὑψηλὸν καὶ ὑπέρογκον φρόνημα διώκει, καὶ μεταχαράττει τῷ τὰ κρείττονος αἰτίῳ μεταβολῆς. [o] Ψυχῆς γὰρ μεγαλόφρονος ἀλαζόνεια πολέμιος, ἐπεὶ καὶ τἀναντίον ἀχαριστία συγγενὲς ὑπερηφάνεια. Εὑρωστεῖ σοι τὰ πράγματα; λαβὼν καὶ κλησάμενος [p] σώματος ἰσχὺν, ἣν ἴσως οὐ προσεδέξησας, ποίει δυνάμιν. Τί δὴ τοῦτ' ἔστιν, ἀκριβωτέον τοῖς μὴ πάνυ σωφρονοῦσι τὸ δηλούμενον. Πολλοὶ τἀναντία ὧν εὖ πεπόνθασι δρᾶν ἐπιχειροῦσιν· οἱ γὰρ πλουτήσαντες, πενίαν ἄλλοις καταστασιάζουσιν, οἱ δόξης καὶ τιμῆς ἐπὶ μέγα μεταχόντες, ἀδοξίας καὶ [q] ἀτιμίας ἑτέροις αἴτιοι γίνονται. Χρὴ δὴ καὶ τὸ φρόνιμον καὶ αἰσχύνην, ὡς ἔνι μάλιστα, ποιοῦντας καὶ τοὺς πλησιάζοντας κατασκευάζειν· καὶ τὸ σώφρονα ἐγκρατεῖς, καὶ γυναῖκας τὸ ἀνδρεῖον, καὶ τὸ δίκαιον δικαίους, καὶ συόλως ἀγαθοὺς τὸ ἀγαθόν. Ταῦτα γὰρ ὡς ἔοικε δυνάμεις, ὧν ὅ γε ἀστεῖος, ὡς [r] οἰκείων περιέξεται·

tum in majus non capit, quia ſicut ignis abſque fomento deficit; oſtendit vero ſe maxime *arrogantia* in magnatibus, quibus adſunt, ut dixi, hujuſce mali fomenta, opes, honores & magiſtratus; quibus repleti, ſicut mero nimio proluti, debacchantur in ſervos ac ingenuos, interdum & in civitates integras. *Saturitas enim parit contumeliam*, ut eſt in vetere proverbio. Quamobrem optime ſuos inſtituens Moſes, abſtinendum ab omni peccato præcipit, ſed maxime à ſuperbia. Moxque memorat ea quibus affectus hicce accendi ſolet: ſaturitatem alimentorum nimiam, largamque gazæ, prædiorum, pecudumque copiam. Tunc enim *poſſeſſores* impotentes ſui fiunt, elati inflatique, quibus ſola remedii ſpes Deum non obliviſci. Quemadmodum enim ſole exorto evaneſcunt tenebræ, & luce implentur omnia: eodem modo quando Deus, ſol ſpiritualis, exoritur & illuceſcit animæ, vitiorum affectionumque caligo diſpellitur, & virtutis lucidiſſimæ purus amabiliſque ſe profert fulgor. Reprimere vero & magis compeſcere ſuperbiam ſtudens, cauſas denuo exponit, ob quas Dei memoria indelebilis in animo ſit gerenda. *Hic enim*, inquit, *tibi præſtat robur ad exerendam potentiam*: ſcitè admodum. Quiſquis enim didicit datam ſibi à Deo fortitudinem, reputans infirmitatem propriam, quâ priuſquam donum id conſecutus eſt, laboravit, ingenium arrogans & jactabundum depellet, & gratias aget converſionis melioris autori in melius. Gratus autem animus alienus eſt ab arrogantia, ſicut ediverſo ingratus affinis eſt ſuperbiæ. Bene ſe habent tua nogocia? accepto & confirmato corporis robore, quod fortaſſe non expectaveras, exerce potentiam. Hoc quid ſit, clarius propter imperitiores explicandum videtur. Multi accepto beneficio abutuntur in contrarium: aut enim divites facti aliis penuriam conficiunt, aut ad ſummum honorem atque gloriam provecti, aliis dedecus & infamiam moliuntur. Debet vero vir prudens & ſolers, quantum poteſt, familiares reddere ſibi ſimiles, fortis item fortes, & juſtus juſtos, & in univerſum bonus bonos. Has enim intelligo potentias, quas vir probus amplectetur ut proprias:

P. 715.

Deut. viii. 18.

[h] φυσιοῦνται ἢ] Sic MS. Bodl. pro καὶ φυσιοῦσι. Ex eodem reſtitui τούτου.

[i] τροφὰς ἀμέτρους] Melius τροφῆς ἀμέτρου. Mox etiam in ſequentibus, repone ἀφθόνου.

[k] θεὸς ὁ νοητὸς ἥλιος] Sic ſcribo ex Cod. Bodl. pro θεοποίησις. Vide dicta ad lib. de Juſtit. p. 734.

[l] ψυχαῖς] MSS. melius ψυχῇ. Mox etiam pro εἶδος, ex Contextu ſcribendum φέγγος.

[m] στέλλει] Ex Codice Bodleiano Sic ſcribendum & diſtinguendum videtur, στέλλει—καθαιρεῖ ἀξιῶν, τὰς αἰτίας ἐπιλέγειν.

[n] ἀγαλματοφορεῖ] MSS. Med. & Bodl. ἀγαλματοφορεῖν ἰσχύν. Et ſic forſan rectiùs.

[o] ψυχῆς μεγαλόφρονος ἀλαζόνεια] Sic MSS. Med. & Bodl. Editi ψυχὴ μεγαλόφρων ἀλαζονείας πολέμιος.

[p] σώματος] Forſan delendum. Deeſt in MSS. neque à Clemente agnoſcitur, neque videtur ad locum pertinere.

[q] ἀτιμίας] Ita MSS. pro τιμῆς.

[r] οἰκείων] MSS. οἰκειωμάτων.

impo-

impotentia autem & imbecillitas iſtis adverſæ, alienæ à bonis moribus. Et alioquin etiam hic traditur præceptum rationali naturæ utiliſſimum, ut Deum imitetur pro viribus, nullam ejus imitationis occaſionem ſinens præterlabi. Ergo quoniam accepiſti à potentiore fortitudinem, communica eam cum aliis, ſic eos afficiens ut ipſe affectus es, ut ſimilia largiendo Deum imiteris. Publice enim utiles ſunt rectoris omnium ſummi largitiones, quas nonnullis erogat, non ut vel acceptas abſcondant, vel abutantur in aliorum incommodum, ſed ut proferentes in medium tanquam in epulo publico, omnes quos poſſunt ad earum uſum & fructum invitent. Hortamur igitur locupletem, honoratum, bene valentem, multiſcium, ut divites, bene valentes, multiſcios, & in univerſum bonos reddant eos cum quibus habent conſuetudinem, nec malignitati & invidiæ poſthabita virtute, bene agere valentibus ſe opponant. Cæterum illos faſtu turgidos & factos in perpetuum inſanabiles, egregiè ſanè lex non ad humanum tribunal mittit, ſed divino ſolum tradit judicio. Ait enim: *Quicunque aggreditur aliquid agere cum ſuperbia, Deum irritat.* Cur ita? primum quoniam arrogantia vitium eſt animæ: anima autem Deo ſoli eſt viſibilis. Quiſquis autem punit, ſi cæcus, reprehenſione dignus, ut ignorantiæ reus, videns vero laudandus, utpote omnia cum ſcientiâ agens. Deinde quoniam quilibet arrogans inſana opinione inflatus, *non tam virum aut heroa quam genium quendam ſe exiſtimat*, ut Pindarus inquit, tranſcendere cupiens naturæ humanæ terminos. Eſt autem tali ſicut anima ſic & corpus reprehenſione dignum in quovis habitu geſtuque. Incedit ſummis pedum digitis, cervicem in altum cum fremitu erigit, attolliturque & inflatur ſupra naturæ modulum; & videns intuetur oculis obliquis: nec aliter audit quam quaſi non audiens; famulis pro jumentis utitur, ingenuis verò pro mancipiis: cognatis item pro alienis, amicis pro adulatoribus, civibus pro exteris. Quinetiam arbitratur ſe omnium eſſe ditiſſimum, nobiliſſimum, pulcherrimum, fortiſſimum, prudentiſſimum, temperantiſſimum, juſtiſſimum, ſolertiſſimum, eruditiſſimum; alios vero habet pro pauperibus,

Num. xv. 30.

p. 716.

[f] δύαμις ἢ κ) ἀσθένεια, τὰ ἐναντία, πᾶσι δαίων ἀλλότρια ἠθῶν. [g] Ἄλλως τε κ) μάθημα ἀναδιδάσκ τῇ λογικῇ φύσ πρεπωδέσ ον, μιμεῖσθ θεὸν, καθόσον οἷόν τε, μηδὲν [h] ἀφαλιπόντα τ εἰς τὸν ἐνδεχομένην ἐξομοίωσιν. Ἐπειδὴ τίνων ἔλαβες ἰσχυὸ παρ' τ δυνατοτέρ μεταδ· ἄλλοις ἰσχύ·, μαθὼν ὃ ἔπαθες, ἵνα μιμήσ θεὸν, τῷ πλησία χαρίζεσθ. Κοινωφελεῖς γ αἱ τ πρώτ ἡγεμόν· δωρεαὶ, ἃς δίδωσιν ἐνίοις, ἵν' ἐκεῖνοι λαβόντες ἀποκρύψωσιν ἢ καταχρήσων) πρὸς ζημίαν ἑτέρων, ἀλλ' ἵν' εἰς μέσον προενεγκόντες ὥσπερ ἐν δημοθοινίᾳ, πάντας ὅσους οἷόν τε καλέσωσιν [i ἐπὶ τὸν χρήσιν κ) ἀπόλαυσιν] αὐτῶν. Λέγομεν γ κ) τῷ πολυχρημάτῳ ⁊ ἐνδόξῳ, κ) δίκαιῃ, ⁊ ἐπισήμονι, πλουσίᾳ, κ) δικαίας κ) ἐπισήμονας, ⁊ ζωόλως ἀγαθὰς [k] ἀπεργάζεσθ τὰς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ μὴ φθόνον κ) βασκανίαν ἀρετῆς [l] προτιμήσαντα, τοῖς εὖ πράττειν δυναμένοις ἀντιβαίνειν. Τὰς γ μέγα πνέοντας [m] ὑπ' ἀλαζονείας, κ) ἀθεραπεύτους εἰς ἅπαν ἔχοντας, ὁ νόμ· παλαιὸς οὐκ ἤγαγε εἰς κρίσιν ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ μόνῳ τῷ θείῳ παρέδωκε δικαστηρίῳ. Φησὶ γ, Ὃς ἂν [n] ἐγχειρῇ τι πράττειν μεθ' ὑπερηφανίας, τ θεὸν παροξύνει. Διὰ τί; ὅτι πρῶτον μ, ἀλαζονεία ψυχῆς ἐστι κακία· ψυχὴ γ ἀόρατ· ὅτι μὴ θεῷ. Κολαστὴς γ ὁ μ τυφλὸς, ἐπίμεμπτ·, ἄγνοιαν κατήγορον ἔχων· ὁ γ βλέπων ἐπαινετὸς, ἐπισήμη πάντα δρῶν. Ἔπειτα δ' ὅτι φρονήματ· ὑπόπλεως ἀλόγ κ) ψυχόμεν· πᾶς ἀλαζὼν, ὅτε ἄνδρ ὅτε ἡμίθεον [o] μᾶλλον, ἢ δαίμονα, κ) τ Πίνδαρον, ὑπολαμβάνῃ ἑαυτὸν, ὑπὲρ τὸν ὅρον τ ἀνθρωπίνης φύσεως βαίνειν ἀξιῶν. Ἔστι δ' αὖ καθάπερ ἡ ψυχὴ κ) τὸ σῶμα ἐπίληπτον, καθά τε τὰς σχέσεις κ) κινήσεις ἁπάσας. Ἀκροβατεῖ τε γ, κ) τ αὐχένα μετέωρον ἐξαίρει φρυαττόμεν·, κ) πλέον τ φύσεως ἐπῆρ) κ) πεφύση), ⁊ ἐρῶν παραβλέπει πλαγίαις ὄψεσι, κ) ἀκόων παρακύει, κέχρη) γ τοῖς μ εἰκέταις ὡς θρέμμασι, τοῖς γ ἐλευθέροις ὡς οἰκέταις, κ) τοῖς μ ζυγενέσιν ὡς ἀλλοτρίοις, τοῖς γ φίλοις ὡς κόλαξι, τοῖς δ' αὐτοῖς ὡς ξένοις· πάντων [p] τε οἴε) εἶναι πλουσιώτατ·, ἐπισημότατ·, κάλλιστ·, ἰσχυρότατ·, φρονιμώτατ·, ζωφρονέστατ·, δικαιότατ·, [q] λογικώτατ·, [r] ἐπισημονικώτατ·· εἶτα τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνει πένητας,

[f] δύαμις] MS. Bodl. ἀδυναμία. Idque omnino rectè ex contextu. Neque enim id agit autor ut doceat potentiam & impotentiam eſſe contraria, ſed impotentiam & imbecillitatem eſſe prædictis animi virtutibus contraria.

[g] ἀφαλιπόντα] Ita MS. Med. Editi ἀφαλισά.

[h] ἐπι—αὐτὸν] Reſtitui hæc è Codice Bodleiano.

[i] ἀπεργάζεσθ] Sic MS. Med. pro ἀπεργάσασθ. Mox etiam è Cod. Bodl. repono ἐντυγχάνοντας. Editi ἐντυχόντας.

[k] προτιμήσαντα τοῖς] Ita MSS. Editi προτιμήσαντας γάρ.

[l] ὑπ'] Sic ſcribo ex Cod. Bodl. & Pariſ. Editi ἐπὶ τοῖς φ.

[m] ἰσχυρῇ, &c.] Similiter Clemens ibid. p 480. ὃς δ' ἂν ἰσχυρῇ τι πράσσειν μεθ' ὑπερηφανίας· paraphraſticè uterque. Scriptum enim in Textu ſacro Num. xv. 30. ποιήσῃ ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας.

[n] μᾶλλον ἢ] MS. Bodl. ἀλλ' ἔλαιον, idque forſan ad mentem Philonis rectiùs. Neque enim locus iſte Pindari in Editis occurrit.

[o] τι] Sic MS. Med. pro καί. Ibidem pro ἐπισημότατος ſcribitur ἐστιμώτατος.

[p] λογικώτατος] MS. Bodl. λογιώτατος, rectè. Heſych. v. λόγιος ὁ φ ἱερείας ἔμπειρος, πεπαιδευμένος. Noſter quoque p. 127. τὸ γένος τῶν πάνυ λογίων. Idem p. 1012. κ) τις ἂν φρονιμώτερος ἢ λογιώτερος εἶναι. Ita enim ibi ſcribo pro λογικώτερος ex MSS. Vide etiam p. 603 & 1035.

[q] ἐπισημονικώτατος] Reſtitui ex MSS.

ἀδόξους,

ἀδόξους, ἀτίμους, ἄφρονας, ἀδίκους, ἀνεπιστήμονας, καθάρματα, τὸ μηδέν. Εἰκότως ἂν ὁ τοιοῦτος ἀντιδίκῳ καὶ κολαστῇ χρήσαιτ' ἂν, ὃς φησιν ἱεροφάντης, θεῷ.

obscuris, contemptis, imprudentibus, injustis, insipientibus, piacularibus, nihilique homuncionibus. Merito igitur talis, sicut docet vates, Deum habiturus est & adversarium & vindicem.

---

## [a] Περὶ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.

ΦΙΛΑΡΕΤΟΣ ὴ καὶ φιλόκαλος ἐ διαφερόντως φιλάνθρωπος· ὧν ὁ ἱεράτατος Μωϋσῆς, προτρέπει τοὺς παντάχοῦ πάντας εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης [b] εἶναι ζηλωτὰς, ἆθλα προτιθεὶς ὡς νικηφόροις μεγάλα τοῖς μετανοοῦσι· πολιτείας κοινωνίαν τ' ἀρίστης, καὶ τ' κατ' αὐτὴν ἀπόλαυσιν, μικρῶν τε καὶ μεγάλων. Ἀγαθὰ μὲ προηγούμενα ἐν ζώμασιν ἡ ἄνοσος ὑγεία, ἐν ὁδοῖς ναυτιλίαις ἀκίνδυνος εὔπλοια, ἐν ψυχαῖς ἡ ἄλης μνήμη τ' ἀξίων μνημονεύσεως. Δεύτερα ὄ, τὰ κατ' ἐπανόρθωσιν ζωισάμενα· ἥ τε ἐκ νόσων ἀνάληψις, καὶ ἡ ἐκ τ' καλῶν κινδύνων σώτειρα ζωὴ, καὶ ἡ [c] λήθης ἐγγινομένη ἀνάμνησις· ἧς ἀδελφὸν καὶ συγγενέσθαι τὸ μετανοεῖν, οὐκ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ ἀνωτάτω τεταγμένον τάξει τ' ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν τῇ [d] μετ' ταύτην φερόμενον δευτερεῖα. Τὸ μὲ γὰ [e] μηδὲν ζωόλως ἁμαρτεῖν, ἴδιον θεῦ, τάχα ὄ καὶ θείου ἀνδρός· τὸ δ' ἁμαρτόντα μεταβαλεῖν πρὸς ἀνυπαίτιον ζωὴν, φρονίμου καὶ τὸ συμφέρον εἰσάπαν οὐκ ἀγνοήσαντος. Ὅθεν τοὺς πιστοὺς ζωάγων καὶ μυσαγωγῶν προσκαλεῖται, τὰς συμβατηρίους καὶ φιλικὰς προτείνων ὑφηγήσεις, αἳ παραινοῦσιν ἀψεύδειαν ἀσκεῖν, καὶ τύφον προβεβλῆσθαι, ἐ ἀληθείας καὶ ἀτυφίας, ἀναγκαιοτάτων καὶ εὐδαιμονίας αἰτιωτάτων, περιέχεσθαι· μυθικῶν πλασμάτων καθεξανασάντας, ἅπερ οὐκ πρώτης ἡλικίας ἀπαλαῖς ἔτι ψυχαῖς, [f] γόνεις καὶ τίτθαι ἐ παιδαγωγοὶ, καὶ
p. 717. μυρίοι ἄλλοι τ' ζωήθων ἐνεχάραξαν, πλάνον ἀνήνυτον περὶ τ' τῆ ἀρίστῃ γνώσεως ἀπεργασάμενοι. Τί δ' ἂν εἴη τ' ὄντων ἄριστον; ἢ θεός· ᾧ τὰς τιμὰς προσένειμαν τοῖς ὐ θεοῖς, τοὺς μὲ ὑποσεμνυνθέντες πλέον τῆ μείζω· τοὺ ὄ εἰσάπαν, οἱ κενοὶ φρενῶν, ἐκλαθόμενοι. Πάντας ὃν ὅσοι τ' πλησίον καὶ πατέρα τῆ παντὸς, εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς σέβειν ἠξίωσαν, ἀλλ' ὕστερον μοναρχίαν ἀντὶ πολυαρχίας [g] σέβειν ἀπασάμενοι, φιλτάτους καὶ συγγενεστάτους ὑπολαμπτέον, τὸ μέγιστον εἰς [h] φιλίαν καὶ οἰκειότητα

## *De* POENITENTIA.

CUM vero sanctissimus Moses sit virtutis & probitatis studiosus, & impense humanus, omnes ubique pietatis justitiæque cultores esse hortatur, quibus pœnitentibus, quasi victoriam reportantibus præmia proponit egregia: jus civitatis optimæ, & societatem ibi commodorum parvorum magnorumque omnium. Siquidem primaria bona sunt, in corpore sanitas, in navigatione prosperi cursus, in anima rerum recordatione dignarum indelebilis memoria; secundaria vero quæ ex emendatione proficiscuntur: virium post morbum recollectio, salus optata superatis marinis periculis, & ex oblivione nata reminiscentia: cujus cognata & germana est resipiscentia: non quidem in primum supremumque bonorum referenda ordinem, sed in altero proximo secundas ferens. Nam omnino non peccare Deo proprium est, aut fortassis etiam homini Deo simili, cæterum post admissa crimina ad vitam inculpabilem transire est certè viri prudentis, quique non in perpetuum suum ignoravit commodum. Tales igitur convocans & initians invitat institutis reconciliatonem & amicitiam spirantibus, quæ monent mendacia & fastum detestari, veritatem vero & humilitatem, ut res necessarias & felicitatem continentes, studiosè sectari: insurgentes contra figmenta fabularum, quæ teneris etiamnum animis parentes nutrices ac pædagogi, aliique familiares plurimi, impresserunt, errorem infinitum invehentes de summi boni noticia. Quid porrò est Summum Bonum? certè Deus: cujus honorem isti falso nominatis diis tribuunt, attollentes hos supra modum, illius vero prorsus obliti, homines deliri ac miseri. Itaque omnes quotquot conditorem parentemque universitatis licet non ab initio, serius tamen agnoscunt, malentes unum quam plures Deos colere, habendi sunt pro amicissimis & cognatione proximis, id

[a] Περὶ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ] Lemma hoc apposui ex MSS. Bodl. & Paris. Reg. Vide dicta ad initium lib. de Fortitudine.

[b] εἶναι] Restitui ex MSS.

[c] ἡ λήθης] Scribe ἡ οὐ λήθης. Sic Philo lib. de Congress. p. 429. τ ἀνάμνησιν, οὐ λήθης Μωσῆ παρεσκεύασεν Ἐζραΐοις. Similiter p. 278. ἡμιλωδίᾳ γὰ Μωσῆς μὲ οὐ λήθης. Vide ibi dicta.

[d] μετ' ταύτην] Sic MSS. pro μετ' αὐτὴν.

[e] μηδὲν] Ita scribo pro μηδὲ cum MSS. Philone quoque ipso p. 478. τὸ μὲ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἴδιον θεῦ, &c. De istâ vero pervulgatâ sententiâ vide ibi dicta.

[f] γόνεις] Restitui ex MSS. Ita lib. de Jud. p. 720. τίτθαι καὶ μητέρες.

[g] σέβειν] Omnino dele. Deest enim in MSS. & certè redundat.

[h] φιλίαν] Ita MSS. pro φιλανθρωπίαν. Ibidem scribo οἰκειότητα ex MSS. Bodl. & Paris. Reg. Editi οἰκειόταθν. Vide lib. iii. de Vit. Mos. p. 679. & de Leg. Spec. p. 796.

quod maxime amicitiam & familiaritatem conciliat, pietatem exercentes, quibus gratulandum eſt, haud ſecus quàm ſi poſt cæcitatem viſum recepiſſent, ex altiſſimis tenebris adducti ad lucem clariſſimam.

Primaria igitur & maximè neceſſaria pœnitentiæ pars jam dicta eſt: reſipiſcat vero quilibet, non ſolum ob errorem diuturnum, quo res creatas earum parente & factore potiores habuit; verum & ob alia vulgaria & neceſſaria vitæ ſtudia: profectus quaſi ex peſſima regiminis forma; vulgi dominatu, ad optimè conſtitutam rempublicam democratiam: hoc eſt, ex ignorantia in ſcientiam rerum quas ignorari non decet, ex imprudentia in prudentiam, ex incontinentia in temperantiam, ex injuſtitia in juſtitiam, ex timiditate in fortitudinem. Præclarum enim utileque fuerit ad virtutem curſu indeflexo transfugere, deſerta malicia, velut pernicioſa domina. Neceſſario enim, ſicut in ſole umbra corpus, ſic tota virtutum reliquarum communio, verè exiſtentis Dei cultum ſequitur. Fiunt enim continuo proſelyti ſobrii, continentes, verecundi, mites, jucundi, humani, graves, juſti, magnanimi, veritatis amatores, contemptores voluptatum ac pecuniæ. Quandoquidem è diverſo quicumque à ſacris legibus deſciſcunt, eos videre licet luxurioſos, impudentes, injurios, leves, ſordidos, irritabiles, mendaces, perjuros: libertatem, cibo, vino, cupediis, & formâ paulo elegantiore vendentes, ad ventris eorumque quæ ſub ventre ſunt delectationem, quorum exitus ſunt corporis animique detrimenta acerbiſſima. Præclaris ergo inſtitutis ad pietatem erudit, quibus docemur vitam ex confuſione ad melius reformare. Ait enim id non eſſe nimis arduum, nec è longinquo petendum: non ex æthere ſupernè, nec ab extremis oceani finibus ita ut nequeas aſſequi: ſed in promptu eſſe, in tribus hominis partibus inhabitans, nempe in ore, corde atque manibus, hoc eſt myſticè in dictis, factis & conſiliis. Nam per os verba, per pectus conſilia, per manus actiones ſignificantur, in quibus conjunctim conſiſtit felicitas. Cum enim cogitationes cum verbis, & actiones cum conſiliis conſentiunt, fit vita laudabilis & perfecta; quando autem hæc inter ſe diſcrepant, imperfecta & vituperabilis: niſi quis iſtam harmoniam aſſequatur, factus pariter Dei amans eique charus.

Deut. xxx. 11, &c.

Τὸ μὲν ἓν πρῶτον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν εἰς μετάνοιαν, εἴρηται· μεταγνώτω δή τις, μὴ μόνον ἐφ' οἷς ἠπατήθη πολλὰ χρόνον, τὰ γενητὰ πρὸ τοῦ ἀγενήτου καὶ ποιητοῦ θαυμάσας, ἀλλὰ καὶ [i] ἐν τοῖς ἄλλοις ὅσα περὶ βίον ἀναγκαῖα· μετιὼν ὥσπερ ἐκ τῆς [k] φαυλοτάτης τῶν κακοπολιτειῶν ὀχλοκρατίας, εἰς τὴν ἀνομωτάτην πολιτείαν, δημοκρατίαν· τοῦτ' ἔστιν ἐξ ἀμαθίας εἰς ἐπιστήμην ὧν ἡ ἄγνοια αἰσχρὸν, ἐξ ἀφροσύνης εἰς φρόνησιν, ἐξ [l] ἀκρασίας εἰς ἐγκράτειαν, ἐξ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην, ἐξ ἀτολμίας εἰς θαρραλεότητα. Πάγκαλον γὰρ καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν ἀμεταστρεπτὶ πρὸς ἀρετὴν, κακίαν, ἐπίβουλον δέσποιναν, ἀπολιποῦσας· ἅμα δ' ἀναγκαῖον ἕπεσθαι ὡς ἐν ἡλίῳ [m] σκιὰν σώματι, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ θεοσεβείᾳ πᾶσαν τὴν τῶν ἄλλων ἀρετῶν κοινωνίαν. Γίνονται γὰρ εὐθὺς οἱ ἐπηλύται, σώφρονες, ἐγκρατεῖς, αἰδήμονες, ἥμεροι, χρηστοὶ, φιλάνθρωποι, σεμνοὶ, δίκαιοι, μεγαλόφρονες, ἀληθείας ἐρασταὶ, κρείττους χρημάτων καὶ ἡδονῆς. Ἐπεὶ καὶ τἀναντίον τοὺς τῶν ἱερῶν νόμων ἀποστάντας ἰδεῖν ἐστιν, ἀκολάστους, ἀναισχύντους, ἀδίκους, ἀσέμνους, ὀλιγόφρονας, φιλαπεχθήμονας, ψευδολογίας ἑταίρους καὶ ψευδορκίας, τὴν ἐλευθερίαν περιεσκότας ὕψει καὶ ἀκρασίᾳ εἰς πομμάτων καὶ ὀψοφαγίας, εἰς τε τὰς γάστρος ἀπολαύσεις καὶ τὰ μὴ γαστέρα· ὧν τὰ τέλη [n] βαρύταλα ζημίαι σώματός τε καὶ ψυχῆς εἰσίν. Παγκάλως μὴν οἱ καὶ τὰς εἰς μετάνοιαν ὑφηγήσεις ποιοῦνται, αἷς διδασκόμεθα μεθαρμόζεσθαι τὸν βίον ἐξ ἀναρμοστίας εἰς τὴν ἀμείνω μεταβολήν. Φησὶ γὰρ ὅτι τυτὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ὑπέρογκόν ἐστιν, οὔτε κατὰ τὸν αἰθέρα ἀνωτάτω καὶ [o] ἐσχατιαῖς τῆς μεγάλης θαλάττης, ὡς ἀδυνατῆσαι λαβεῖν· ἀλλ' ἔστιν ἐγγυτάτω, τερσὶ μέρεσι [p] τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδιαιτώμενον, στόματι, καὶ καρδίᾳ, καὶ χερσί· ἤγουν συμβόλων, λόγοις καὶ βουλαῖς καὶ πράξεσι. Λόγου μὲν σῶμα σύμβολον, καρδία δὲ βουλευμάτων, πράξεων δὲ χεῖρες, ἐν οἷς τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστίν. Ὅταν μὲν γὰρ οὕτως ὁ λόγος, τοιάδε ἡ γνώμη, καὶ οἷον τὸ βούλευμα, τοιάδε ἡ πρᾶξις, ἐπαινετὸς καὶ τέλεος ὁ βίος· ὅταν δὲ σασιάζῃ ταῦτα ἐν ἀλλήλοις, ἀτελής τε καὶ ψεκτός· εἰ μή τις τὴν ἁρμονίαν ταύτην [q] ἐπιλάθοιτο, γνόμου ὁμοῦ καὶ θεοφιλὴς καὶ φιλόθεος. Ὅθεν εὖ καὶ συμ-

p. 718.

Præm. p. 922. ἢ πέρας θαλάσσης, ἢ οὐκ ἐσχατιαῖς γῆς.

[i] οὐ] Melius forſan ἐπί.

[k] φαυλοτάτης] MS. Bodl. ἀφυλοτάτης, idque, ut videtur, melius. Vide Heſych. v. ἄφυλος· & Philonem p. 166, 296, 471, & Joh. Dam. Parall. ſac. p. 303.

[l] ἀκρασίας] Ita MSS. pro ἀκροσίας.

[m] σκιὰν] Reſtitui ex Cod. Bodl.

[n] βαρύταλα] Melius forſan βαρύτατα. Scil. ζημίαι.

[o] ἐσχατιαῖς] Scribe ἐσχατιὰς, vel οὐ ἐσχατιαῖς. Sicut lib. de

[p] τοῖς] Forſan τοῖς ex Clem. Alexandr. Sic enim ille Coh. p. 85. πέρασι τοῖς καθ' ἡμᾶς οὐ διαλωβήσῃ μίλεσι. Vide etiam eundem Strom. ii. p. 480.

[q] ἐπιλάθοιτο] MSS. Vat. & Bodl. ἐπιλαθέσθαι, ἀνθρώπου θεοῦ, γνόμου· idque forſan rectius. Ut ſit ſenſus; *Quod ſi quivis hujus harmoniæ non fuerit oblitus, Deo placebit*, &c.

Φάνως τῆς ἀρεσθείσης ἐχρήσθη τὸ λόγιον ἐκεῖνο· Τὸν κύριον [r] ἀνηλλάξω σήμερον εἶναί σοι εἰς θεὸν, καὶ κύριος ἀντηλλάξατό σε σήμερον γενέσθαι λαὸν αὐτῷ. Παλαιά γε ἡ αἱρέσεως ἡ ἀντίδοσις, ταχὺν ἀνθρώπῳ μὲν θεραπεῦσαι θεὸν, θεῷ δὲ ἀνυπερθέτως ἐξοικειῶσαι τὸ ἱκέτευμα, καὶ προαπαντᾶν τῷ [s] βουλήματι τοῦ γνησίως καὶ ἀνόθως ἰόντος. Ἴδιον τοῦτο θεραπείαν αὐτοῦ. Ὁ δὲ [t] ἀληθὴς θεραπευτής τε καὶ ἱκέτης, κἂν εἷς ὢν ἀνὴρ ἀριθμῷ τυγχάνῃ, δυνάμει, καθάπερ [u] αὐτὸς αἱρεῖται, σύμπας ἐστὶν ὁ λεώς, ἰσότιμος ὅλῳ ἔθνει γεγονώς. Καὶ πέφυκεν ἔστως ἔχειν. Ὡς [x] γὰρ ἐν νηῒ μὲν κυβερνήτης πᾶσι τοῖς ναύταις ἀντίρροπος, ἐν δὲ στρατοπέδῳ στρατηγὸς ἅπασι τοῖς στρατιώταις· ἀλαφθαρέντος γὰρ ἡττᾶσθαι ζημιοῦται, καθάπερ ἂν εἰ καὶ πάσῃ δυνάμει ἡγεμὼν ἁλῷ· τὸ αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ σοφὸς ὅλῳ ἔθνει ἀξιώματι ἀμιλλᾶται, τείχει πρεσβυτέρῳ ἀκαθαιρέτῳ, θεοσεβείᾳ.

Proinde pulchre & dictis conſentanee editum eſt divinitùs illud oraculum: *Elegiſti tibi hodie Dominum ut ſit tibi Deus: & ipſe hodie te elegit ut ſias ei populus.* Pulchra ſane electionis hujuſce remuneratio, homine properante ad cultum Dei, Deo quoque ſine dilatione admittente ſupplicem, & occurrente voluntati ejus qui ad ejus cultum accedit ſincero animo. Talis porrò cultor & deprecator, etiam ſi numero unus homo fuerit, poteſtate autem, ſicut alias eſt dictum, totus eſt populus, genti integræ par habitus. Id quod & aliàs uſu venit; quemadmodum enim in navi gubernator confertur cum omnibus vectoribus, in caſtris item imperator cum omnibus militibus, (ipſo enim deleto non minor quàm per juventutis ſtragem clades accipitur) eodem modo etiam vir ſapiens totius gentis dignitatem obtinet, quippe qui pietatem habeat pro munimento inexpugnabili. Deut. xxiv. 17.

[r] ἀνηλλάξω—ἀνηλλάξατο] MS. Bodl. ἄλω—ἄλατο. Textus quoque ſacer Deut. xxvi. 17. τὸν θεὸν ἄλω σου. Quin & Clem. Alexandrin. loco jam citato. Et Philo quoque ipſe in ſequentibus, παλαιὰ γὰρ ἡ αἱρέσεως ἡ ἀντίδοσις.

[s] βουλήματι] Omnino ſcribe βυλήματι.

[t] ἀληθὴς] Melius, ut videtur, ἀληθῶς.

[u] αὐτὸς αἱρεῖται] Si ferrent Codices, mallem reponere, αὖθις vel ἄλλοθι φέρει. Eadem enim repetit lib. de Dec. Orac. p. 718.

[x] γὰρ] Scribe γὼν. Et viciſſim poſt ἀλαφθαρέντος, repono γάρ. Id enim poſtulat contextus ratio.

ΦΙΛΩΝΟΣ

# ΦΙΛΩΝΟΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥ,

* ΠΕΡΙ

# ΑΘΛΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΤΙΜΙΩΝ.

# PHILONIS JUDÆI,

DE

# PRÆMIIS ET POENIS.

ORACULA per Moſem prophetam mandata ſacris literis in tres dividuntur ſpecies. Quarum prima ad mundi opificium, altera ad hiſtoriam, tertia ad leges latas pertinet. Mundi opificium igitur præclarè & ex dignitate opificis deſcriptum eſt, à creato cœlo initium faciens & in formato homine deſinens: quorum alterum inter incorruptibiles res perfectiſſimum eſt, ſicut alter inter corruptioni mortique obnoxias. In creatione autem mortalia contexens & immortalia conditor mundum fecit, & hæc principum, iſta ſervientium locum habitura. Pars autem hiſtorica vitas malorum bonorumque continet, præterea utriuſque generis tum præmia tum ſupplicia ſæculis ſingulis inflicta. Ex genere autem legiſlativo, pars una continet leges generales, altera legum præcepta ſpecialia; ſunt autem harum capita generalia decem, quæ feruntur proferri, non per hominem interpretem, ſed in æthere ſummo fuiſſe efformata, & rationalem habuiſſe articulationem: leges vero ſpeciales per pro-

Τας μὲν ὧν τ' ἀρχὰς τῶν προφήτου Μωσέως λογίων τρεῖς ἰδέας εἶναι ζυμβέβηκε· τὴν μὲν γὰρ περὶ κοσμοποιΐας, τὴν δ' ἱστορικὴν, τὴν δ' τρίτην νομοθετικήν. Ἡ μὲν δὴν κοσμοποιΐα [a] παλαιόλως πᾶσα καὶ θεοπρεπῶς μεμίμηται, λαχοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ γενέσεως οὐρανοῦ, καὶ λήξασα εἰς ἀνθρώπου κατασκευήν· ὁ μὲν γὰρ ἀφθάρτων τελειότατον, ὁ δ' θνητῶν [b] φθαρτός. Ἀθάνατα δὴ καὶ θνητὰ ἐν γένεσι ζωογόνων ὁ ποιητὴς εἰργάσατο τὸ κόσμον, τὰ μὲν γενέσθαι ἡγεμονικὰ, τὰ δ' ὡς ὑπήκοα καὶ [bb] γενησόμενα. Τὸ δὴ ἱστορικὸν μέρος, ἀναγεγραφὴ πονηρῶν καὶ σπουδαίων βίων ἐστὶ, καὶ τὰ ὀφλισθέντα ἑκατέροις ἐπίτιμια καὶ γέρα ἐν ἑκάστοις γενεαῖς. Τοῦ δὴ νομοθετικοῦ, τὸ μὲν καθολικώτερον τὴν ὑπόθεσιν ἔχει, τὸ δ' ἕτερον [c] μέρος νομίμων εἰσὶν ἐντολαί· κεφάλαια δὲ δέκα, ἅπερ λέγεται κεχρησμῳδῆσθαι οὐ δι' ἑρμηνέως, ἀλλ' ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ἀέρος σχηματιζόμενα, καὶ ἄρθρωσιν ἔχοντα λογικήν· τὰ δ' ἄλλα τὰ κατ' εἶδος [d] μέρη τοῦ περὶ τοῦ προ-

p. 910.

* Ex initio ſequentis libelli, ordinis quem ſequimur ratio patet. Poſtquam enim Philo leges decalogi ſpeciales, tum virtutes ex earum obſervatione provenientes explicâſſet, facili connexione, id quod & ipſe docet, pergit enarrare Præmia & Pœnas, quæ bene vel ſecus acta ſequuntur. Idem qui in Editis Titulus, etiam legitur in MSS. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. ii. c. 18. καὶ τὰ περὶ τῶν προκειμένων ἐν τῷ νόμῳ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἆθλων, τοῖς δὲ πονηροῖς ἐπιτιμιῶν καὶ δίκων. Ex quo Nicephorus, περὶ τῶν προκειμένων ἐν τῷ νόμῳ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν· ibi ſcribe ἐπιτιμίων. Sic quoque citatur à Johan. Damaſcen. Parallel. ſacr. p. 730. D. Hieronym. de Vir. Ill. *Necnon de victimis & repromiſſionibus ſive maledictis.* Eudociæ Codex MS. (cujus copiam mihi fecit vir eruditiſſimus, literarumque & literatorum fautor egregius, Ricardus Ellis Baronettus) v. Φίλων. Περὶ ὑποσχέσεων, ἤτοι καταρῶν. Unde etiam deſumſit Suidas. Ex his vero ſcriptoribus antiquis iſtud colligi poteſt, unum libellum male in duos diſcerpi, adeoque iſtum de execrationibus hujus eſſe partem. Quod etiam viſum Gulielmo Cantero lib. viii. c. 7.

[a] παλαιόλως πᾶσα] Sic MSS. tranſpoſitis etiam verbis. Editi πᾶσα καλῶς.

[b] φθαρτὸς] Nonnulli Codices φθαρτικώταται· nec tamen ſic placet. Forſan reponendum, καὶ φθαρτῶν. Philoni enim ſolenne voces iſtas conjungere; ut ſenſus ſit, *Cœlum eſſe inter incorruptibilia perfectiſſimum, hominem inter corruptibilia & mortalia.*

[bb] γενησόμενα] Forſan reponendum ὑπολειπόμενα. Vide 1 Cor. xv. 28.

[c] μέρος] Melius, ut videtur, τοῦ ἐν μέρει. Sic Noſter lib. de Decalog. p. 746. νόμων τῶν ἐν μέρει. Idem p. 768. καὶ νόμους τοὺς καὶ νόμων τῶν ἐν μέρει κεφαλαίων. Vide etiam titulos librorum de Leg. Spec. & infra p. 911.

[d] μέρη] Videtur redundare.

φήτου

φήτυ θεσπισθέντα. Περὶ ὧν ἀπάντων, ὅσα καιρὸς, ἐν τῇ προτέραις ζωγλάξεσι διεξελθὼν, καὶ προσέτι τῆ δρετῶν [e] ἃς ἀπίνειμεν ἰρλώη τε καὶ πολέμῳ, μέτειμι τῷ ἀκόλυθον ἐπὶ τὰ [f] προτεθέντα καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἆθλα, καὶ τοῖς πονηροῖς ἐπιτίμια. Σωασκήσας γὰρ ὑφηγήσεσι καὶ προτροπαῖς μαλακωτέραις, καὶ πάλιν ἐπαναλάσεσι καὶ νυθετήσεις ἐμβριθεστέραις, τὰς ὑπ' αὐτῷ πολιτευομένους, ἐκάλεσεν εἰς τὸν ὧν ἐνομοθέτησεν ἐπίδειξιν. Οἱ δὴ παρελθόντες, ὥσπερ εἰς ἱερὸν ἀγῶνα, τὸν ἑαυτῶν προαίρεσιν ἀνέφηναν, εἰς ἐναργέσαλον ἔλεγχον τῆ ἀληθείας. Εἶτα οἱ μὲν ἀθληταὶ δρετῆς ἀνθρέσκοντο, μὴ ψαύσαντες τῆ ἐπ' αὐτοῖς χρηστῆς ἐλπίδος τὰς ἀλείπλας νόμους· οἱ δὲ ἄνανδροι καὶ μαλακοὶ καὶ ἀγωνεῖς ὑπὸ τῆ ἐμφύτυ μαλακίας τὰς ψυχὰς, πρὶν ἢ δυναλώτερόν τι [h] ἀντιδιάσασθαι, προκαλαπίπλοντες, αἰσχύνη καὶ γέλως θεατῶν ἐγένοντο. Δι' ἣν αἰτίαν οἱ μὲν βραβείων, καὶ κηρυγμάτων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα νικῶσι δίδοται, μετελάμβανον· οἱ δὲ οὐκ ἀστεφάνωτοι μόνον ἀπῆσαν, ἀλλὰ καὶ ἦτλαν [i] ὑπονείδιστον ἐνδεξάμενοι, τὸν ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἀγαλεωτέραν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀθλητῶν σώματα κλίνεται, ῥαδίως ὀρθᾶται δυνάμενα· ἐνταῦθα δὲ ὅλοι βίοι πίπλυσιν, ὡς ἅπαξ ἀναληφπέντας μόγις ἐστὶν ἀνεγεῖραι.

Τῆς δὲ προνομίας καὶ τιμῆς καὶ τἐναντίον κολάσεως τάξεις ἐναρμονίως ὑφηγεῖται, κατ' ἄνδρας, κατ' οἴκυς, καὶ πόλεις, καὶ χώρας, καὶ ἔθνη, καὶ κλίματα γῆς μεγάλα. Πρότερον δὲ ἐρωτητέον τὰ ἐπὶ τιμαῖς, ἐπειδὴ καὶ λυσιτελέστερα καὶ ἡδίω πρὸς ἀκρόασιν, ἀρχὴν λαβόντας τὸν [k] ἐφ' ἑκάστυ τῶν ἐν μέρῃ. Φασὶ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Τριπτόλεμον Ἕλληνες ἁρθέντα μετέωρον ἐπὶ πτερωῶν δρακόντων, τὸν τῦ σίτυ καρπὸν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν καταπέμψαι, ἀντὶ βαλανηφαγίας· ἵν' ἔχῃ τὸ ἀνθρώπων γένος ἥμερον καὶ ὠφέλιμον καὶ ἡδίστην τροφήν. Τῦτο μὲν δή, ὥσπερ πολλὰ καὶ ἄλλα, τοῖς εἰωθόσι τερατεύεσθαι [l] οἷον πλάσμα μύθυ ὂν ἀποπελείφθω, [m] πρὸ σοφίας σοφιστείαν καὶ γοητείαν πρὸ ἀληθείας ἐπιτηδευόντων. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων ὁ θεὸς τὰ ἐπιτήδεια πᾶσι ἠυρεπίσατο ζώοις, ἐκ γῆς ἀνεὶς, καὶ μάλιστα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ᾧ τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς γηγενέσιν ἡγεμονίαν ἐχαρίζετο. Τῶν γὰρ θείων ἔργων οὐδὲν ὀψίγονον, ἀλλὰ καὶ ὅσα τέχναις καὶ ἐπιμελείαις ὕστερον τελεῖσθαι δοκεῖ, πάντως ἡμέρα πρόκειται, προμαθύσης φύσεως, ὡς μὴ ἀπὸ σκοπῦ τὰς

phetam proditas. Quæ omnia quoniam tractavi libris ſuperioribus, atque etiam virtutes quæ bello pacique præſunt; nunc ſeries rerum poſtulat, ut tranſeam ad propoſita bonis præmia, pœnaſque maleficis. Nam legiſlator poſtquam tum præceptis monitiſque blandioribus, tum minis caſtigationibuſque ſeverioribus ſuos inſtituit, eos ad legum promulgationem vocavit. Iſti vero, quaſi ad ſacrum certamen invitati, approbationem ſuam, in manifeſtiſſimam veritatis fidem, oſtenderunt. Deinde illi virtutis exercitatores deprehenſi ſunt, leges quibus ſunt inſtituti, ſpe ſua non fruſtrati. Alii molles effœminatique ac degeneres præ mollitie innata, prius quam validius quicquam ingrueret, animo conciderunt, riſus & ludibrium facti ſpectatoribus. Quapropter illi præmia & præconia reliquaque quæ victoribus dari ſolent, conſecuti ſunt: hi vero non ſolum ſine corona diſceſſerunt, verum etiam cum ignominia moleſtiore quàm in certamine gymnico ſolet reportari. Ibi enim ſuccumbunt athletarum corpora, quæ facile poſſunt excitari; hic vero tota vita collabitur, quàm ſemel ſubverſam ægre poſſis reſtituere.

Cæterum privilegia honoreſque, & è diverſo pœnæ, decernuntur ordine convenientiſſimo, pro ratione virorum, familiarum, civitatum, regionum, gentium, magnorumque terræ tractuum. Sed prius honores conſiderandi veniunt, vel quod utiliores, vel quod auditu jucundiores, initio facto à perſonis ſingularibus. Ferunt Græci antiquum illum Triptolemum ſublimem vectum alatis draconibus, glandium loco fruges in univerſam terram ſeminaſſe, ut alimenta mitia ſalubria & ſuavia genus humanum capeſſeret. Id ut alia pleraque figmenta, relinquatur penes eos, quibus ſolenne eſt pro ſapientia artem ſophiſticam, pro veritate fraudes ſectari. Nam mox à rebus conditis Deus è terra victum produxit animantibus omnibus: præcipue hominibus, quibus in omnia quæ terra fert dedit imperium. Nam in operibus Dei nullum eſt ſerotinum, ſed quicquid arte curaque poſtea videtur abſolutum, utique ſemiperfectum jam antea fuerat, cum ea prius natura perdidiciſſet, ita ut non abſurde dicatur diſciplinas quaſvis

[e] ἃς ἀπίνειμεν] MSS. Vat. Coiſl. & Med. Editi αἱ βραβεύουσιν.

[f] προτεθέντα] Quidni προβληθέντα à προτείνω. Sicut in hoc libello ſcriptum infra p. 917. γίνεσθαι καὶ τιμὰς προβεβλημένας.

[g] ἀθληταὶ] Melius ἀσκηταὶ, ſicut infra p. 912. Scribimus ex MSS. οἱ σωμάτων ἀσκηταί. Vide etiam p. 878, 892, & 919.

[h] ἀντιδιάσασθαι] Ita MSS. pro ἀναδιάσασθαι. Iſta enim vox uſurpatur à Noſtro infra p. 925. ἐμὴ γὰρ ἀνθιδιαθήκης κεκραμένα. Eorundem etiam fide mox reſtituo καὶ poſt βραβεύων.

[i] ὑπονείδιστον] Scribe ἀπονείδιστον. Infra p. 928. φυγὼν, ἵν' ἀπονείδιστον, &c.

[k] ἐφ' ἑκάστυ] Scribe cum Codice Vaticano ἀφ' ἑκάστυ ἑνὸς, &c.

[l] οἷον πλάσμα μύθυ] Ita Cod. Med. Ita quoque Philoni ſcribere alibi ſolenne. Editi καλὸν πλάσμα οἷον μῦθον Ὅτι.

[m] πρὸ σοφίας] Reſtitui ex eodem.

esse reminiscentias. Verùm hæc aliò differenda sunt: nunc consideremus sementem cum primis necessariam, quam fecit conditor ille in agro bono, scilicet rationali anima. Hujus præcipuum semen est spes, fons variorum vitæ generum. Spe enim lucri negotiator multiplices quæstus aggreditur; nauclerus secundi cursus spe maria trajicit immensa; ambitiosus etiam spe honorum accedit ad tractandam rempublicam; spe coronarum & præmiorum, corporum exercitatores subeunt gymnica certamina; spes felicitatis ad philosophiam adducit virtutis studiosos; quod ejus ope se putent perventuros tum ad naturæ noticiam, tum vitæ activæ contemplativæque perfectioni consentanea facturos; quæ quicunque assequitur, continuè beatus est. Ea spei semina nonnulli vel hostium in morem exurunt, incensis nativis animæ vitiis, vel sicut negligentes artis suæ agricolæ corrumpunt per socordiam. Nec desunt qui cum diligentes coloni videantur, sui magis quàm pietatis studiosi, benefactorum causas sibiipsis tribuunt. Omnes hi culpandi merito; solus vero laudem meretur qui spem Deo acceptam refert, ut ortus autori, quique solus ipsum incolumem & incorruptum potest conservare. Quod igitur præmium est propositum victori in hoc certamine? mixtum quoddam ex mortali ac immortali natura animal, homo videlicet, non is ipse qui præmium accipit, nec alius tamen. Hunc Chaldæi nominant Enos, quæ vox Græcè conversa significat HOMINEM, communem generis appellationem pro sua accipiens: eximium præmium, quasi nemo prorsus hoc nomine dignus sit, nisi qui in Deo sperat.

Post hanc spei victoriam supereſt alterum certamen, in quo decertat pœnitentia: quæ quidem naturæ indeflexæ & immutabilis & semper se secundum idem & similiter habentis, est expers, verum accensa repente amore melioris propositi, familiari cupiditate iniquitateque serio repudiatâ, migrare properat ad temperantiam, justitiam, virtutesque cæteras. Nam duo præmia duobus meritis, discessui à turpibus & accessui ad honesta proponuntur: sunt vero illa migratio & solitudo. Sic enim scriptura loquitur de

μαθήσεις [n] ἀναμνήσεις εἶναι λέγεσθαι. Ταῦτα μὲν ἔν ὑπερκείσθω· τῷ δ' ἀναγκαιοτάτῳ σπουδὴν ἐπισκεπτέον, ἣν ὁ ποιητὴς ἐν ἀρετώσῃ χώρᾳ καλέσαιτο, λογικῇ ψυχῇ. Ταύτης δ' ὁ πρῶτος σπόρος ἐστὶν ἐλπὶς, ἡ πηγὴ τῶν βίων. Ἐλπίδι γὰρ κέρδους ὁ χρηματιστὴς ἐπαποδύεται πολυτρόποις ἰδέαις ὁρμῶν· ἐλπίδι δ' ὁ ναύκληρος δι- πλοίας περαιοῦται τὰ μακρὰ πελάγη· ἐλπίδι p. 912.
δόξης καὶ ὁ φιλότιμος αἱρεῖται πολιτείαν καὶ κοινῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν· δι' ἐλπίδα βρα- βείων καὶ στεφάνων οἱ τῶν σωμάτων [o] ἀσκηταὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀθλοῦσιν. Ἐλπὶς εὐδαιμο- νίας καὶ τὰς ἀρετῆς ζηλωτὰς ἐπαίρει φιλοσοφεῖν, ὡς ταύτῃ δυνησομένους καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἰδεῖν, καὶ δράσαι τὰ ἀκόλουθα πρὸς τὸν τῶν ἀρί- στων βίων, θεωρητικόν τε καὶ πρακτικόν, τελείωσιν· ὧν ὁ τυχὼν, ἐστιν εὐθὺς εὐδαίμων. Ἔνιοι μὲν ἂν τὰ ἐλπίσθεντα ἀπέρματα, ἢ ὡς πολέμιοι τὰς ἐν τῇ ψυχῇ κακίας ζωπυρήσαντες, ἐνέπρησαν, ἢ ὡς ἀμελεῖς τέχνης τὴν γεωργικὴν ὑπὸ ῥᾳθυμίας δι- έφθειραν. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ δόξαντες ἐπιμεμελῆσθαι, φιλαυτίαν πρὸ εὐσεβείας ἀπασάμενοι, τὰς αἰτίας τῶν κατορθωμάτων ἀνέθηκαν ἑαυτοῖς. Ὑπ- αίτιοι δὴ πάντες ἔτοι, μόνος δ' ἀποδοχῆς ἄξιος, ὁ ἀναθεὶς τῷ ἐλπίδα θεῷ, καὶ ὡς αἰτίῳ τῶν γενέ- σεως αὐτῆς, καὶ ὡς ἀσινῆ καὶ [p] ἀδιάφθορον ἱκανῷ μόνῳ διαφυλάξαι. Τί δ' ἆθλον πρόκειται τῷ στεφανωθέντι τὸν ἀγῶνα τοῦτον; τὸ μικτὸν ἐκ θνη- τῆς καὶ ἀθανάτου φύσεως ζῷον, ὁ ἄνθρωπος, ἀθ' ὁ αὐτὸς, ἀθ' ἕτερος ἂν τῶν λαβόντος. Τοῦτον Χαλδαῖοι μὲν [q] προσονομάζουσιν Ἐνώς, ὃς εἰς ἑλλάδα γλῶτταν μεταληφθεὶς ἐστιν ΑΝΘΡΩΠΟΣ, τὸ κοινὸν ὄνομα τῶν ἴδιον λαβών· ἆθλον ἐξαίρε- τον, ὡς δέον μηδένα νομίζεσθαι τοπαράπαν ἄνθρω- πον, ὃς ἂν μὴ ἐπὶ θεὸν ἐλπίζῃ.

Μετὰ δὴ τὴν ἐλπίδος νίκην, ἀγὼν δεύτερός ἐστιν, ἐν ᾧ μετάνοια ἀγωνίζεται· τὸ μὲν ἀτρέπτου καὶ [r] ἀμεταγνήτου, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐ- χούσης φύσεως ἀμοιρήσασα, ζήλῳ δὴ καὶ ἔρωτι τοῦ βελτίονος ἐξαίφνης καταληφθεῖσα, καὶ ταχὺ δράσασα καταλιπεῖν μὲν τὴν ζωτροφον πλεονεξίαν καὶ ἀδι- κίαν, [s] μεθορμίσασα δὴ πρὸς σωφροσύνην καὶ δι- καιοσύνην, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς. Ἆθλα γὰρ ταῦτα προτίθεται διττὰ, ἐπὶ διττοῖς κατορθώμα- σιν, ἀπολείψει μὲν αἰσχρῶν, αἱρέσει δὲ τῶν καλλί- στων. Τὰ δ' ἆθλα ἀποικία καὶ μόνωσις. Φησὶ

[n] ἀναμνήσεις] Restitui ex MSS. Vat. & Med. estque ad loci sensum maximè necessarium. Haud quicquam apud Platonem vulgatius, quam artes reminiscentiæ deberi. Vide Ipsum in Menone.

[o] ἀσκηταὶ] Sic MS. Med. pro ἀθλητά. Similiter emendamus Nostrum supra p. 910. Ex eodem pro ἀέλθουσιν, scribo ἀθλοῦσιν.

[p] ἀδιάφθορον] Ita MSS. Med. Coisl. & Aug. Quod etiam visum Doctiss. Coteler. Monum. Eccles. tom. ii. p. 596.

[q] προσονομάζουσιν] Ita MSS. pro ὀνομάζουσιν in Editis. Estque ea vox Philoni quam familiaris. Ex eisdem quoque repono μεταληφθεὶς, Editi μεταβληθείς. Vide vero his consimilia supra p. 180 & 351. & Euseb. Præp. Evangel. lib. vii. c. 8.

[r] ἀμεταγνήτου] MSS. ἀμεταβλήτου, idque forsan melius. Vide anne sic scribendum 2 Cor. vii. 10. σωτηρίαν ἀμεταμέλητον, forsan ἀμεταβλήτου.

[s] μεθορμίσασα] Melius μεθαρμόσασα. Sicut infra p. 914. ἐκ τύφλου μεθαρμοσάμενος πρὸς ἀλήθειαν· sic enim scribo ex MSS. Item lib. de Nobil. p. 907. εἰς ἄλλον μεθαρμόσασθαι πολιτείαν. Cyrill. Alexand. Coll. p. 3. μεθαρμόζεσθαι εἰς καλάσσασιν. Hesych. v. μεθαρμοζόμενος, μεταχόμενος. Vide dicta ad lib. de Abraham. p. 353.

γὰρ

γὰρ ἀπὸ τῶ τὰς μ τῶ σώματ⊙ ἡδοπαθείας ἀποδεχόμ⊙, αὐτομολήσαντ⊙ ἢ πρὸς ψυχήν· Οὐχ ἁλίσκετο, διότι [t] μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός. Αἰνίττετ) ἢ κ ἐναργῶς δηλ μ τ μεταθέσεως τῶ ἀποικίαν, δηλ ἢ τῶ μὴ ἁλίσκεσθ τῶ μόνωσιν· κ ζφόδρα οἰκείως. Εἰ γ τῳ ὄντι ἐπάνω τ παθῶν ἀψοφήτως ἔγνωκεν ἴσαθ ἄνθρωπ⊙, καταφρονήσας ἡδονῶν κ ἐπιθυμιῶν, ἀντεπιζέσθω [v] φεύγων ἀμεταστρεπτὶ κ οἶκον καὶ πατρίδα, κ ζυγενεῖς καὶ φίλους. Ὁλκὸν γ ἡ ζωηθεια, ὡς δε⊙ εἶναι μὴ καταμείνας ἀλῷ, p. 913. τοσούτοις ἐν κύκλῳ φίλτροις [x] ἀποληφθεὶς, ἂν αἱ φαντασίαι τῶ ἐγγενομένην ἡσυχίαν τῶν αἰσχρῶν ἐπιτηδευμάτων πάλιν ἀνακινήσωσι, καὶ μνήμας ἐναύλους ὧν ἐπιλελῆθ καλὸν ἦν, ἐνεργάσωνται). Πολλοὶ γὰν ἀποδημίαις ἐσωφρονίσθησαν, ἐρωτας ἐκμανεῖς κ λελυτηκότας θερμοθέντες· οὐκ ἔτι τ ὄψεως χορηγεῖν δυναμένης [y] τῷ παθει τ ἡδονῆς τὰ εἴδωλα. Τῇ γ ἀφαζόξει κ κενῷ βαίνειν ἀνάγκη, μηκέτι παρόντος ὑφ' ὃ διερεθισθήσετ). Κἂν μεταναστῇ μᾶλλον, τὸν τ πολλῶν θιάσους ἐκφεύγετω, μόνωσιν [z] ἀπαζόμ⊙. Πέφυκε γ κ ἐπὶ τ ἀλλοδαπῆς ὅμοια τοῖς οἴκοι δίκυα, οἷς ἀνάγκη περιπείρεθ τὸν ἀπροόπτως ἔχοντας, κ τ τ πολλῶν χαίρουσας ὁμιλίαις. Ὅ, τι γὰρ ἄτακτον, ἄκοσμον, πλημμελὲς, ἐπαίτιον, τοῦτο ὅχλ⊙ [a] ἐστὶ, μεθ' ὃ φέρεθ τῷ νῦν πρῶτον μεταποιησαμένῳ πρὸς ἀρετὴν ἀλυσιτελέσταλον. Ὡς γ τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς ἀρχομένοις ἀναλαμβάνειν, διάλυτά πως ἐστι τὰ σώματα· οὕτω κ οἷς ἡ ψυχὴ [b] ὡς νῦν πρότερον ὑγιάζετ), πλαδῶσιν οἱ νοεροὶ τόνοι καὶ κραδαίνον), ὡς δε⊙ εἶναι μὴ παλινδρομήσῃ τὸ πάθ⊙, ὃ πέφυκεν ἐκ τ εἰκαιοτέρων ζωηδιαιτήσεως ἀνερεθίζεθ.

Μετὰ ἢ τὰς τ μεταποιήσεις ἀγῶνας, [c] τρία ἆθλα τίθετ) δικαιοσύνης, ἧς ὁ μεταποιησάμενος, λαμβάνει γέρα διπλᾶ· τὸ μ ζωτήριον ἐν κοινῇ φθορᾷ, τὸ ἢ ταμίαν κ [d] φύλακα ψυχᾶθ ἑκάστης ζώων ἰδέας ἠρεμισμένων [c] ζυγὰ ἢ ἦν εἰς δευτέραν ψύσιν ἀντὶ τ ἀπολλυμένης. Ἠξίωσε γ ὁ ποιητὴς τ αὐτὸν κ τέλ⊙ ψυχᾶθ τ [f] καλοκἀγαθ ψυχᾶς, κ ἀρχὴν τ ἀνυπαιτίου· διδάσκων τὸν ἀπρονόητον εἶναι τ κόσμον λέγοντας, ἔργοις δ ῥήμασιν, ὅτι καθ' ὃν εἰσηγήσατο νόμον ἐν τῇ φύσ τ ὅλων, αἱ σύμπασαι μυριάδες ἀνθρώπων

eo qui relictis corporis affectibus rerum novarum avidis, transfugit ad animam: *Non est inventus, quia Deus eum transtulerat.* Per hanc vero translationem manifeste significatur migratio, per id verò quod *non inventus* dicitur, solitudo, & quidem valde proprie. Nam si ex animo decrevit homo affectibus superior evadere, contemptis concupiscentiis ac voluptatibus, expediat se fugiatque continuato cursu familiam, patriam, cognatos & amicos pariter. Nam consuetudo vim attrahendi habet, ut timendum sit, ne hac captus hæreat, inclusus tanta illecebrarum multitudine, quarum species in animo rursus excitabunt sopita jam rerum turpium studia, refricata memoria rerum quas præstabat oblivioni tradere. Multi ergo, peregrinando emendati sunt, insanis & præfervidis amoribus deferveſcentibus, postquam aspectus repræsentare affectui imagines voluptatis desiit. Ex separatione enim ista fit ut *affectus* per inane incedat, sublatis è medio irritamentis. Quin & post migrationem satius est vitare sodalitia & amare solitudinem. Nam & apud exteros præsto sunt laquei similes domesticis, in quos necesse est incidere, si quis sit improvidus & delectetur multorum consuetudine. Quicquid enim est enorme, inconditum, immodicum, culpabile, istud præcipue est vulgus, cum quo versari ad virtutem jam reducto non expedit. Sicut enim à morbo diuturno convalescentibus corpora levi momento relabuntur: ita quorum anima nunc primum sanitatem recipit, mentis toni fluxi sunt & instabiles, ut timendum sit ne revertatur affectus, qui solet ex pravorum convictu irritari.

Cæterum post pœnitentiæ certamina, tertia proponuntur præmia justitiæ, cujus sectator geminos honores accipit: alterum salutem in pernicie publica, alterum custodiam ac tutelam omnis generis animalium, ad sobolem secundam loco pereuntis reparandam. Voluit enim conditor rerum omnium, ut idem homo & damnati generis esset ultimus, & initium innoxii; eos qui à providentia mundum eximunt docens rebus magis quàm verbis, quod juxta legem se autore proditam in rerum natura, quod turba universa

[t] μετέθηκεν] Huc respicere videtur Siracides xliv. 16. Ἐνὼχ εὐηρέστησε κυρίῳ κ ἐτάπη ὑπόδειγμα μετανοίας τοῖς γενεαῖς. Confer vero hæc cum Euseb. Præp. Evang. lib. vii. c. 8.

[v] φεύγων] Forsan φεύγειν.

[x] ἀποληφθεὶς] Quidni ἐναποληφθεὶς? Noster de Vit. Mos. lib. iii. p. 673. ἐξ ἐναπολαμβανόμενα ζώδια.

[y] τῷ παθῳ] Sic MSS. Aug. & Coll. Nov. pro τὸ πάθη.

[z] ἀπαζόμ⊙] MSS. Editi ἀπασάμενος.

[a] ἐστὶ] Restitui ex MSS. Item mox πρῶτον in sequentibus.

[b] ὡς νῦν] Malim scribere verbis transpositis νῦν ὡς. Sic vero MSS. Vat. & Coisl. ὅτω κ ψυχῇ νηαζόμενη· idque, ut opinor, rectius.

[c] τρία] Omnino repone τρίτα. Tertia scil. non tria justitiæ tribuuntur præmia, secunda pœnitentiæ, prima spei. Vide contextum.

[d] φύλακα ψυχᾶς] Ita pro φύλαξ, tum MSS. tum grammaticæ analogia. Ex eisdem scribo ἠρεμισμένων scil. ζώων. Editi ἠρεμισμένων.

[e] ζυγὰ ἢ ἦν] Omnino scribe ζυγάδην. Sicut supra lib. de Cain p. 237. ὃς τὸ διπλοῦν ἀπήλαυσεν ζυγάδην κιχώρηκεν, Ἄβελμ, Σάρρα, &c.

[f] καλοκἀγαθ] Johann. Monach. ineditus à quo hæc citantur, titulo περὶ ψυχῆς χωλιᾶς, habet καλοῤῥύπου, & forsan melius; ex eodem post ἀδικίας restituo ζήσασαι.

hominum

hominum injuſtitiæ deditorum minus valet uno viro qui cum juſtitia degit vitam. Hunc Græci Deucalionem, Chaldæi Noam nominant, cujus ætate ingens illud diluvium accidit.

Poſt hunc ternionem alter ſequutus eſt ternio ſanctior & Deo charior, ex una cognatione. Nam pater, filius, nepoſque, ad eumdem finem vitæ contenderunt, ut conditori parentique rerum placerent: contemptis quas vulgus miratur opibus atque voluptatibus una cum honoribus: calcata etiam vanitate, quæ ex fraudibus ſemper contexitur, & ita ornatur ut ſpectatoribus fucum faciat. Hæc eſt illa præſtigiatrix, res inanimas in numerum deorum referens, turris magna & expugnatu perdifficilis, cujus verſutiis quælibet urbs capitur, adeo ſubrepit in juventutis animos. Fixa enim ibi ſede à pueritia, uſque ſenectutem inſidet, niſi ſi quibus Deus ſplendorem veritatis affulgere voluit. Veritatis autem adverſaria vanitas eſt, quæ licet ægre, cedit tamen victa viribus efficacioribus. Verùm hoc genus exiguum quidem numero, pollet tamen poteſtque plurimum: ita ut ejus amplitudinem totus orbis non capiat, verum ad cœlum uſque pertinet. Tales enim ineffabili amore contemplandi & cum rebus divinis verſandi adducti, poſtquam ſcrutando univerſam naturam viſibilem pervaſerint, continuo migrant ad incorpoream & intelligibilem, ſenſibus non addicti ſed ſemota bruta parte animæ, mente verò & ratione in conſilium adhibita. Cæterum *Abrahamus* autor piæ ſententiæ, qui primus à vanitate ſe totum ad veritatem magno conatu contulit, ad perfectionem uſus virtute ex doctrina, præmium accipit certam in Deum fidem. Ei verò qui ex naturæ felicitate edoctam ſeipſo magiſtro virtutem aſſecutus eſt, præmium obtingit gaudium. At illi exercitatori, conatu magno ac pertinaci probitatem quærenti, Dei viſus datur pro coronâ. Iſta vero in Deum fide, & totius vitæ lætitia, & perpetua viſione Dei, quid cogitari poteſt utilius aut honeſtius?

Igitur poſtquam ejus morbus fama vulgatus eſt, mari etiam tum navigationibus idoneo (inſtabat enim initium autumni, qui fere poſtrema ſolet eſſe navigatio revertentium ad proprios portus & ſtationes ab omnibus emporiis, præſertim eorum qui nolunt hiemare apud gentes exteras:) omiſſo jam victu delicato, vultus tetricos præ ſe ferebant, mœſtitiaque & triſtitia familiæ omnes & civitates repletæ ſunt: dolore jam pari lætitiam nuperam in partem alteram proclinante. Omnes enim orbis habitabilis partes cum eo unà ægrotabant graviore morbo quam quo laboravit Caius. Hujus enim morbus corpus ſolum afflixit, harum vero univerſas animæ partes, fortitudinem, pacem, ſpes bonas, uſum & fructum bonorum quorumcunque. Verſabant enim animo quanta & qualia mala oriuntur ex imperio orbato; fames, bellum, exciſiones arborum, vaſtationes agrorum, expulſiones colonorum, direptiones bonorum, immanes captivitatis & mortis terrores: quorum omnium nullus reſtabat medicus, id unum pro remedio habentibus ſi Caius convaleſceret. Itaque remittente ſe morbo, brevi etiam in extremis finibus poſiti conjunctim gaudebant (fama enim nihil velocius) arrectæque erant omnes civitates rumorum gratiorum avidæ, donec ex adventantibus lætum nuncium acceperunt ſanitatis plenè reſtitutæ; propterea quaſi ſalutem ipſi recepiſſent, rurſum nuperas renovabant hilaritates cuncti continentis & inſularum incolæ. Nemo enim meminit unquam tantam fuiſſe unius alicujus gentis aut regionis lætitiam publicam ob ſaluti vel imperio reſtitutam principem, quanta tum fuit univerſi orbis vel cum Caius imperium acciperet, vel cum à morbo convaleſceret.

ἠρρώσθη. Τῷ δὲ ὀγδόῳ καλασκήψει βαρεῖα νόσος τῷ Γαΐῳ, τλὺ περὶ μικρῦ διαπαν, ὅτε ἔζη Τιβέριος, ἀκολουτέρων καὶ ἀφ' τέτο ὑγιεινοτέρων ὄσαν, εἰς πολυτέλειαν μεθαρμοσαμθύων. Πολὺς γὰρ ἄκρασος καὶ ἀψοφαγία, ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμίαι, θερμολυσίαι τε ἄκαιροι, καὶ ἐμέσεις, ἐπὶ ἄθυς πάλιν οἰνοφλυγίαι καὶ ἐφέδροι γαστριμαργίαι, λαγνεῖαι ἀφ' παίδων καὶ γυναικῶν, ἐπ ὅσα ἄλλα καθαιρετικὰ ψυχῆς καὶ σώματος· καὶ τ ἐν ἑκατέρῳ δεσμῶν, ζωοπέθετο. Τὰ δ' ἐπίχειρα ἰσχνασίας μὲ ὑγεία καὶ ἰσχύς, ἀκρασίας δ' ἀσθένεια καὶ νόσος γειτνιῶσα θανάτῳ.

Διαγελείσης δ' ἐν τῇ ὅτι νοσεῖ φήμης, ἔτι πλοΐμων ὄντων· ἀρχὴ γὰρ ἦν μετοπώρου, τελευταῖος πλοῦς τοῖς θαλαττεύουσιν, ἀπὸ τῶν παραλαχόθεν ἐμπορείων εἰς τὰς οἰκείας λιμένας καὶ ὑποδρόμους ἐπανιοῦσι, καὶ μάλιστα οἷς πρόνοια τῦ μὴ ἀμαχειμάζειν ἐπὶ ξένης ἐστίν· μεθέμενοι δὲ ἀβροδίαιτον βίον, ἐσκυθρώπαζον, ζωνοίας τε καὶ παληφοίας πᾶσα οἰκία καὶ πόλις ἐγέμετο μιᾶς, ἰσορρόπῳ λύπῃ τὸ πρὸ μικροῦ χαρᾶς ἀμφικλινῦς ἡνεμένης. Τὰ γὰρ μέρη πάντα τῆς οἰκεμένης αὐτῷ ζωνέσησε, βαρυτέρᾳ νόσῳ χρησάμενα τῆς καλαχύσης Γαΐου. Ἐκείνη μὲ γὰρ σώματος ἦν αὐτὸ μόνον, ἡ δὲ τῶν παντὸς παντὸς ψυχῆς, ἀθενείας, ἀρρωστίας, ἐλπίδων, μετοσίας καὶ ἀπολαύσεως ἀγαθῶν. Ἀνεπόλων γὰρ ὅσα καὶ ἡλίκα κακὰ ἐξ ἀναρχίας φύεται· λιμὸν, πόλεμον, δενδροτομίας, δηώσεις χωρίων, σεσήσεις χρημάτων, ἀπαγωγὰς, τὰς περὶ δουλείας καὶ θανάτου φόβους ἀνηκέστους, ὧν ἰατρὸς ἦν οὐδείς, μίαν ἐχόντων θεραπείαν τὸ ῥωθῆναι Γαΐον. Ὅτε γὰρ ἤρξατο λωφᾶν ἡ νόσος, ἐν βραχεῖ καὶ οἱ μέχρι περάτων ζωνήθησαν (φήμης γὰρ οὐδὲν ὠκύτερον) καὶ μετέωρος πᾶσα πόλις ἦν, ἀκοῆς ἀεὶ διψῶσα βελτίονος, ἕως ἀφ' τῶν ἑσπερίων παραλίων ῥῶσις ἐκηρύχθη· δι' ἣν πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἐτρέποντο θυμηδίας, ἰδίαν ἑαυτῶν νομίζουσαι ζωηρίαν πᾶσαι μὲ ἤπειροι, πᾶσαι δὲ νῆσοι. Μέμνηται γὰρ οὐδεὶς τοσαύτῃ χώρας μιᾶς ἢ ἑνὸς ἔθνους γενέσθαι χαρὰν ἐπὶ ζωηρίᾳ καὶ καλασάσῃ ἡγεμόνος, ὡς ἦν ἐπὶ Γαΐῳ ζυμπάσης τῆς οἰκεμένης, καὶ τῷ δηλαδὴ τῷ δρχῷ, καὶ ῥωθέντι ἐκ τῆς ἀθενείας. Ὥσπερ γὰρ ἐκ νομάδος βίος καὶ ἡμερώδης νῦν πρῶτον δρχόμενοι μεταβάλλειν περὶ τὸ ζωύμενον καὶ ὁμο-

q νόσος] Dion. Caſſ. lib. lix. Sueton. lib. iv. c. 14.

r τελευταῖος πλοῦς] Rarius Hyeme navem ſolverunt antiqui. Notat enim Vegetius, *menſe Novembri claudi maria*. Act. xxvii. 9. ὅτι διὰ τὸ ἤδη καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι. Erat vero νηστεία jejunii vel expiationis dies, & ferè incidebat in Septembrim Noſtrum.

s ξόης] Ita MSS. pro ξόη. Item mox ἰχθύος. Editi ἰγθύος.

t φήμης] Citantur hæc à Johan. Damaſcen. Parall. ſacr. p. 711. tit. περὶ φήμης.

u τοσαύτῃ] Sic MSS. pro τοσαύτης, ſcil. χαρᾷ.

x δηλαδὴ τῷ] Sic MSS. Aug. & Vat. pro δηλονότι. Supra p. 993. Γαΐου—παρεληφότα τὴν ἡγεμονίαν. Similiter infra p. 1025. Γαΐῳ δηλαδὴ τῷ ἡγεμονίαν. Mox ex eiſdem pro ῥωθέντι repone ῥωθέντι, ſcil. Γαΐῳ.

ὁμο-

p. 995.

ὁμοδίαιτον, καὶ ἐξ ἐρημίας [γ] καὶ ζυγῶν ἐ ὑπωρειῶν εἰσοικίζειας πόλεσι τειχήρεσι, καὶ ἐξ ἀνεπιτροπεύτε ζωῆς ὑπὸ ἐπιτρόπῳ τάττεσθαι, νομεῖ τινι καὶ ἀγελάρχῃ τὸ ἡμιρωτέρας ἀγέλης, ἐγεγήθεσαν, ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθείας. Τυφλώττει γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς πρὸς τιμὴν τὸ ζυμφέροντος ὄντως [z] αἴσθησιν, εἰκασίᾳ καὶ τοxασμῷ μᾶλλον ἢ ἐπιστήμῃ χρῆσθαι δυνάμενος.

Εὐθὺς γὰρ ἂν εἰς μακρὸν ζωτὴρ καὶ [a] σωτὴρ εἶναι νομισθεὶς, καὶ τινας ἀγαθῶν πηγὰς νέας ἐπομβρήσειν Ἀσίᾳ τε καὶ Εὐρώπῃ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπαθαίρετον, ἰδίᾳ τε ἑκάστῳ καὶ πᾶσι κοινῇ, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, ἀφ' [b] ἑστίας ἤρξατο, μεταβαλὼν πρὸς τὸ ἀτίθασσον, μᾶλλον δ' ἦν [c] ζυνεσκίαζεν ἀγριότητα τῷ πλάσματι τὸ ὑποκρίσεως, ἀναφήνας. Τὸν γὰρ ἀνεψιὸν καὶ κοινωνὸν [d] ἀποληφθέντα τὸ ἀρχῆς, καὶ οἰκειότερον αὐτῷ ἀφέδροχον· ὁ μὲν γὰρ θέσει υἱωνὸς ἦν, ὁ δὲ φύσει. Τιβερίου· κλείνει προφασισάμενος ἐπιβουλὴν, μηδὲ τὸ ἡλικίας χωρήσης ἔγκλημα πιθανὸν. Ἅρτι γὰρ ἐκ παίδων εἰς μειράκιον ὁ δύσλως μετῆλθε, καὶ, ὡς γέ φασί τινες, εἰ βραχὺ ἐπιβιώσειε χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγήνητο Γάιος, δι' ὑπονοιῶν κεχωρηκὼς ἀνηκέστων, ὁ δὲ γνήσιος υἱωνὸς μόνος ἀπεδείδεικτο ἡγεμὼν καὶ κληρονόμος τὸ παππῴας ἀρχῆς. Ἀλλ' ὁ μὲν ὑπὸ τὸ εἱμαρμένης ἔφθη ζωαρπασθεὶς, πρὶν ὅπη τέλος ἀγαγεῖν τὰ βεβουλευμένα· Γάιος δὲ τιμὴ ἐκ τοῦ ὑφαλοῦσθαι τὰ πρὸς τὸ κοινωνὸν δίκαια ἀφορμὴν ἐνόμιζεν [e] ἀποδράσεως καλλιεργηθεῖσαν. Τὸ δὲ σόφισμα πιθανὸν ἦν· ζωαγαγὼν τοὺς ἐν τέλει, Βούλομαι μὲν, ἔφη, τὸ γνήσιον μὲν ἀνεψιὸν, σύνεσίᾳ δὲ ἀδελφὸν, ἐπόμενος καὶ τῇ τοῦ τελευτηκότος Τιβερίου γνώμῃ, κοινοπραγεῖν τὸ αὐτοκρατοῦς ἐξουσίας. Ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ νήπιον ἔτι ὄντα κομιδῇ, καὶ χρῄζοντα ἐπιτρόπων καὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν. Ἐπεὶ τί ἂν ἦν μεῖζον ἀγαθὸν, ἢ τὰ πραγματα βάρη τὸ ἡγεμονίας, μὴ μίαν ψυχὴν ἢ σῶμα ἓν ἐπηχθίᾳ, ἀλλ' ἔχειν τὸ δυνησόμενον ἐπελαφρίζειν καὶ ζωεπικουφίζειν. Ἐγὼ δὲ, ἔφη, παιδαγωγὸς καὶ διδασκάλους ἐ ἐπιτρόπους [f] ὑπερβαλὼν, ἐμαυτὸν ἤδη γεγράφω πατέρα, [g] υἱὸν δὲ ἐκεῖνον.

Nam ac si tum primum feram & pastoralem vitam in socialem civilemque inciperent vertere, & è deserto & caulibus & speluncis in civitates munitas migrare, & post vitam sine magistro actam sub magistro degere, quasi pastore quodam & præfecto mitioris gregis, gaudebant, ignari veritatis. Cæcutit enim humana mens, ad ejus quod vere prodest electionem, quippe quæ magis propendet ad conjecturas quàm scientiam.

Statim igitur is qui sospitator & beneficus fore sperabatur & bonorum novis fontibus irrigaturus Asiam & Europam, ad felicitatem perpetuam & singulorum & in commune universorum, à lare suo, quod dici solet, exorsus, in ferum ingenium transilit, aut potius quam feritatem simulationis velo obtexerat, eam detexit. Suum enim patruelem & imperii cohæredem, & propiorem Ipso successorem, quòd hic natura, ipse adoptione Tiberii nepos esset, occidit: causatus ab eo se petitum insidiis, quod crimen ne in ætatem quidem illius competebat. Vix enim tum primam adolescentiam missellus attigerat: &, ut quidam aiunt, si paulo diutius vixisset Tiberius, Caius jam tum suspicionibus immanibus laborans, sublatus fuisset è medio, germanus vero nepos solus declaratus fuisset princeps & hæres aviti imperii. Verùm ille fato concessit prius quàm exsequeretur sua consilia. Cæterum Caius violati juris contra socium imperii infamiam artificio quodam evasurum se existimavit. Adhibuit autem commentum hujusmodi; Convocatis optimatibus, lubens quidem vellem, inquit, hunc cognatione patruelem, benevolentia fratrem, Tiberii defuncti judicium secutus, in imperii societatem assumere. Sed ipsi videtis eum admodum puerum opus habere curatoribus, pædagogis, præceptoribus. Alioquin quid mihi contingere potuisset optatius, quam tanto imperii pondere non onerari unum corpus unamque animam: & habere me à quo pro parte sua subinde adjutante sublevet? Equidem, inquit, plus quàm pædagogum vel curatorem vel præceptorem ei me fore jam nunc profiteor, & me patrem appellari, illum filium, jubeo.

p. 996.

p. 995.

[γ] καὶ] Restitui ex MSS. E quibus etiam pro ὑπωρειῶν scribo ὑπωρεῶν. Hesychius utramque vocem agnoscit, ὑπώρεια, τὰ κάτω μέρη τοῦ ὄρους. Ὑπώρεια τὰ ὑπὸ τὰ ὄρη. Homer. Il. Φ. 218.——ἀλλ' ἐν' ὑπωρείας, &c.

[z] αἴσθησιν] MSS. Med. & Paris. αἴξησιν, & forsan rectius. Ibid. εἰκασίᾳ. Editi εἰκασμῷ.

[a] σωτὴρ] Titulum istum σωτῆρος & σωτήρ, primo reges Syriæ, successores Alexandri sibi ex fastu immodico arripuerunt. Inde ad Romanos imperatores transiit. Unde & Augustus, apud Philonem audit, σωτὴρ καὶ εὐεργέτης; atque Augusta Familia ab eodem vocatur Οἶκος εὐεργέτης. Unde & Athenienses in nummo Adrianum salutant, Ὀλύμπιον σωτῆρα καὶ εὐεργέτην. Et Populus Romanus in inscriptione apud Sponium à Laodicensibus appellatur Σωτὴρ καὶ εὐεργέτης. Huc vero respici videtur à D. Luc. xxii. 25. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν εὐεργέται καλοῦνται. Vide Spanhem. Dissert. vii. de Præstant. Numism. Et Grot. ad D. Matth xx 25.

[b] ἑστίας] MSS. ἱερᾶς. Utrumque Proverbium apud veteres percrebuit, sed istud ἀφ' ἱερᾶς Philoni frequentius usurpatum. Vide infra p. 1007, & de Somniis 1124.

[c] ζωσκίαζεν] De ejus dissimulatione sic Suetonius in Caio cap. x. *Hic omnibus insidiis tentatus, elicientium cognitumque se ad quærelas nullam unquam occasionem dedit*, &c. Tacitus Annal. vi. 45. *Nam etsi commotus ingenio, simulationum tamen falsa in sinu avi perdidicerat.* Idem ibidem, *immanem animum subdola modestia tegens.*

[d] ἀποληφθέντα] Melius forsan ἀποδοκιμθέντα. Sicut mox infra, μόνος ἀποδεδείκτο ἡγεμὼν, &c. Item p. 997.

[e] ἀποδράσεως] Sic MSS. Med. & Aug. Editi ἀποδρήσεως. Mox pro βούλομαι, ex loci sensu, scribendum βουλοίμην.

[f] ὑπερβαλὼν] Forsan ὑπερβάς. Sicut p. 1005. ἡμιθέους ὑπερβάς.

[g] υἱὸν] De quo sic Dion Cassius lib. lix. πότε τε οὖν ὁ Γάϊος ἄκων αὐτὸν τῆς ἀρχῆς παρείλυσε, καὶ μὴ τοῦτο ποιησάμενος (melius εἰσποιησάμενος) ἀπίκλειτο.

Hac ratione deceptis tum qui adfuerant optimatibus tum adoleſcentulo, quod hæc adoptio, quaſi eſca, non tam daret ſperatum imperium, quam jam ante datum adimeret, cohæredi collegæque legitimo, nullius cujuſcunque ratione habita, cum omni ſecuritate inſidias cœpit ſtruere. Nam Romano jure poteſtas tota in filium eſt penes patrem, & alioquin imperatoris autoritas non eſt legibus obnoxia, nemine audente aut valente rationem ab eo repetere. Hunc igitur ſibi ratus velut in ludis imminentem adverſarium profligat (convictu, cognatione & ætate tenera inſuper habitis) infelicem, brevis ævi adoleſcentem principatus patrimoniique ſocium, multorum ſpe deſtinatum & tantum non factum imperatorem propter cognationem proximam cum Tiberio. Nepotes enim poſt parentum obitum avi cenſent pro filiis. Fertur juſſum ſua manu ſe interimere, adſtantibus tribuno ac centurione quibus interdictum eſt piaculum *tale* attingere, (quaſi nefas eſſet imperatorum poſteros necari alienis manibus; juris enim in injuriis, & ſanctitatis in ſcelere meminerat, illuſa per ſimulationem veritatis natura.) Prorſus inexpertum, quippe qui alium cæſum non viderat, nec fuerat exercitatus pugnis ludicris, quæ propter bella inſtantia ſunt occupatio & præexercitatio adoleſcentum ad imperium educatorum; primum cervice porrecta adſtantes jugulare obſecratus eſt: cumque illi detrectarent, ipſe ſumpta ſica ex ignorantia & imperitia ſcitabatur locum maxime opportunum, ut ictu provido infelicem vitam abrumperet. Atque illi quidem veluti infelicitatis magiſtri, docebant & oſtendebant partem, cui enſem infigeret; ille vero primam hanc atque ultimam diſciplinam edoctus, infelix, coactus, ſui fit homicida.

Ubi vero primum maximumque certamen Caius confecit ex ſententia, nemine ex cognatis ſuperſtite quem principem ei poſſent opponere malevoli & ſuſpecti, ad ſecundum ſe mox parabat adverſus Macronem, virum quo adjutore

Τούτοις δὴ τὰς παρούσας ἀπατήσας καὶ τὸ μειράκιον· ἔλεσαρ γὰρ ἦν ἡ θέσις, οὐκ ἐλπιζομένης ἡγεμονίας, ἀλλ' ἀφωμένης ἣν εἶχεν ἤδη· τῷ [a] ζυγκληρονόμων καὶ [b] κοινωνῶν δικαίῳ, μὴ πολλῆς ἀδείας ὄντος ἔτι πεφρονηκώς, ἐπεβούλευεν. Ἡ γὰρ ἐν παντελὴς [i] ἐξουσία, καὶ τὰς Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πάλαι· δίκαι τε καὶ [k] ἀνυπεύθυνον ἔχειν τὸν [l] αὐτοκράτορα, μηδενὸς ὅτι τῶν ὑπατικῶν περιγραμμένους λόγον ἀπαιτεῖν τολμῶντος· ἢ δυναμένου. Τοῦτον μὲν δὴ καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἔφεδρον ὑπολαβὼν εἶναι, καταπαλαίει· μήτε ζωῆρφίας, μήτε εἰκειότητος, μήτε ἡλικίας οἶκτον λαβών· δύσνουν, ὠκύμορον, ζωάρχοντα, ζυγκληρονόμον, τὴν ἐλπιζόμενα πολλὰ καὶ μόνον [m] οὐκ αὐτοκράτορα, διὰ τὸν πρὸς Τιβέριον ἐγγυτάτω ζυγγένειαν. Υἱωνοὶ γὰρ πατέρων τεθνεώτων, ἐν ἡλικίᾳ τάξει τοῦ καὶ πάππος καταριθμοῦνται. Λέγεται δ' ὅτι καὶ κελευσθεὶς αὐτοχειρία κτεῖναι ἑαυτὸν, ἐφεστώτων [n] ἑκατοντάρχου καὶ χιλιάρχου, οἷς ἱερὸν μὴ ζωσφάγιαστον τὸν ἄγος, (ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοκρατόρων ὑπογόνους πρὸς ἑτέρων ἀναιρεῖσθαι· νόμων γὰρ ἐν ἀνομίαις, καὶ ὁσιότητος ἐν ἀνοσιουργίαις ἐμέμνητο, κατειρωνευόμενος τὴν φύσιν τῆς ἀληθείας.) Ἀπείρως ἔχων, οὐδὲ γὰρ ἕτερόν τινα κτεινόμενον εἶδεν, οὐδ' ἤσκητό πω τὴν ὁπλομαχίαις, αἳ μελέται καὶ προγυμνάσματα παίδων ἐφ' ἡγεμονίᾳ τρεφομένων εἰσὶ πρὸς τὰς ἐνισταμένας πολέμους· τὸ μὲν πρῶτον τὰς ἡνιόχους παρικάλει τὸν αὐχένα ὑποτείνας, ἀνελεῖν. Ὡς δ' οὐκ ὑπέμενον, αὐτὸς λαβὼν τὸ ξίφος, ἐπιωθάζετο τὴν καιρώτατον τόπον ὑπ' ἀγνοίας καὶ ἀπειρίας, ἵνα εὐσκόπῳ πληγῇ τοῦ ἀθλίαν ζωὴν ὑποῤῥήξῃ. Καὶ οἱ μὲν οἷα διδάσκαλοι κακοδαιμονίας, ὑφηγοῦντό τε καὶ ἐδείκνυσαν τὸ μέρος, ᾧ χρὴ τὸ ξίφος ἐπενεγκεῖν· ὁ δὲ πρώτου καὶ ὑστάτου μάθησιν ἀναδιδαχθεὶς, ἀνδροφόνος αὐτὸς αὐτοῦ γίνεται βιασθείς, ὁ δύστηνος.

Ἐπεὶ δὲ ὁ πρῶτος καὶ μέγιστος ἆθλος ἦτο Γαΐῳ κατεργασθῆναι, μηδενὸς ἔτι λειπομένου τῆς [o] ἡγεμονίας, πρὸς ὃν ὑποκλινοῦσί τινες τὰ ἐθελοκακούντων καὶ ἐν ὑποψίαις ὄντων, ἐπὶ δεύτερον εὐθὺς p. 997. ἐκινέτο τὰ Μάκρωνος, ἀνδρὸς εἰς πᾶσα αὐτῷ

[a] ζυγκληρονόμων] Scribe ζυγκληρονόμῳ.

[b] κοινωνῶν δικαίῳ] Melius, ut videtur, κοινωνοῦ δικαίων. Supra p. 995. τὰ πρὸς τὸν Κοινωνὸν δίκαια. Tiberius enim junior hæreditatis & imperii particeps una cum Caio à Tiberio eſt relictus, verum Caii & Macronis artibus teſtamentum ſenatus autoritate reſciſſum eſt. Sueton lib. iv. c. 15. *Statim conſenſu ſenatus & irrumpentis in curiam turbæ, irrita Tiberii voluntate, qui teſtamento alterum nepotem ſuum prætextatum adhuc coheredem ei dedit; jus arbitriumque omnium rerum illi permiſſum eſt.* Dion Caſſius lib. lix. circa initium, οὐ μὲν γὰρ καὶ τὸν Τιβερίου τοῦ ἐγγόνου τὴν αὐταρχίαν κατέλιπεν. Ὁ δὲ Γάιος τὰς ἀληθείας αὐτῶν ἐς τὸ σωιδέναι διὰ Μάκρωνος εἰσπίμψας ἀκύρους ὑπό τε τοῦ ὑπάτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρισκευασμένων οἱ—ἐποίησεν. Potior ergo fides Philonis auritas quam Joſephi, qui Antiqu. lib. xviii. c. 8. autor eſt, Caium Hæredem ex aſſe factum. Sic enim apud Ipſum Tiberius Caium alloquitur, ὦ παῖ, καίπερ μοι συγγενέσθαι καλῶς σε ὄντος—σοι φέρων ἰσχυρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, &c.

[i] ἐξουσία] Vide Juſtinian. Inſtit. lib. i. tit. 11. & L. 15. D. de Adoptionibus.

[k] ἀνυπεύθυνον] Sic Ulpianus L. i. D. de Conſtitutionibus Principum. *Quod principi placuit legis habet vigorem, utpote cum lege regia, quæ de imperio ejus, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.* Vide vero Legis Regiæ ſub Veſpaſiano repetitæ fragmentum apud Gruter. Inſcript. p. 242. Quamvis ſunt qui dubitent tum de Ulpiano tum de Inſcriptione, cum de iſta Lege fileant hiſtorici. Nimia iſta imperatorum poteſtas non tam Legi Regiæ debuit originem, quam Auguſti artibus magiſtratuum omnium munia & autoritatem in ſe transferentis. Vide Tacit. Annal. lib. i. c. 2.

[l] αὐτοκράτορα] Melius forſan αὐτοκράτορος.

[m] οὐκ] Reſtitui ex MSS. E quibus etiam ſcribo ἐγγυτάτω. Editi ἐγγυτάτω.

[n] ἑκατοντάρχου καὶ χιλιάρχου] Ita MSS. pro ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων. Sueton. lib. iv. c. 23. *Fratrem Tiberium inopinantem, repente immiſſo tribuno militum interemit.*

[o] ἡγεμονίας] Forſan συγγενείας, vel ἡγεμονίδος οἴκου.

ζωναγωνισαμένῳ τὰ τ᾽ ἀρχῆς· ἃ μόνον ἀποδειχθέντι ἡγεμόνι, (κολακείας γὰρ ἴδιον τὰς [p] ὑπερβολὰς θεραπεύειν) ἀλλὰ καὶ πρότερον εἰς τὸ τυχεῖν τ᾽ ἡγεμονίας. Ὁ μὲν Τιβέριος φρονήσει βαθείᾳ κεχρώμενος, καὶ τ᾽ καθ᾽ αὑτὸν ἀπάντων δεινότατος ὢν ἀφανὲς ἀνθρώπου [q] βούλημα ζωσιδεῖν, καὶ ὅτι τοσοῦτον ζωσίᾳ διανοίᾳ ἐφ᾽ ὅσον καὶ δυτυχίᾳ, πολλάκις ὑπεβλέπετο τὸν Γάϊον, ὡς κακόνουν μὲ ἅπαντι τῷ Κλαυδίᾳ οἴκῳ, προσπεφυκότα δὲ μόνῳ τῷ μητρώῳ γένει· καὶ ἐδεδίει μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου, μὴ νέος ἀπολειφθεὶς παραπόλῃ. Πρός τε ἀρχὴν τοιαύτην ἀνεπιτηδείως ἔχοντα ἔκρινε, διά τε τὸ τῆς φύσεως ἄμικτον καὶ ἀκοινώνητον, καὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἀνωμαλίαν. Ἀλλόκοτα γὰρ αὐτῷ καὶ ἀτιμανῆ καταφαίνετο, μηδεμιᾶς ζωζομένης ἀκολουθίας, μήτε ἐν λόγοις, μήτε ἐν ἔργοις· ἃ παντὶ δήπου καὶ τὸ [r] παρὸν ὁ Μάκρων ἐθεράπευε· τὰς μὲν ὑποψίας τοῦ Τιβερίου, καὶ ἐν οἷς μάλιστα ἐδέκετο τὴν διάνοιαν ἑλκῶσας, διὰ τ᾽ [s] ἄλκιμον ὅτι τῷ ἡμῶν φόβον, ἐξιώμενος. Εὔνουν γὰρ καὶ πειθαρχικὸν ἀπέφαινε τ᾽ Γάϊον, καὶ ζφόβῳ ἠτημένον τοῦ ἀνεψιοῦ, ὡς ἕνεκα φιλοστοργίας καὶ μόνῳ ἂν ἐθελῆσαι τ᾽ ἀρχῆς ὑπεκστῆναι· τὴν δ᾽ αἰδῶ μὴ λυσιτελῆσαι πολλοῖς, ὑφ᾽ ἧς καὶ Γάϊον ἁπλῶν ὄντα, ποικίλον νομίζεσθαι. Καὶ ὁπότε μὴ πείθοι τὰ εἰκότα διεξιών, τὴν ἀπὸ [t] ζωθηκῶν ἐπίφερεν· ἐγγυῶμαι, λέγων· ἀξιοχρεώς εἰμι πρὸς πίστιν· ἱκανὰς ἀποδείξεις δέδωκα τοῦ φιλοκαίσαρ ἰδίως καὶ φιλοτιβέριον εἶναι, τὴν [x] ὑπόθεσιν καὶ καθαίρεσιν ἐγχειρισθεὶς Σηϊανοῦ. Καὶ ζωόλως δ᾽, ἱκανὸς ἦν ἐν τοῖς εἰς Γάϊον ἐπαίνοις, εἰ δεῖ καλεῖν [y] ἀξίας ἐπαίνου τὰς ἀπολογίας, αἳ πρὸς τὰς ἐξ ὑπονοιῶν αἰτίας καὶ καθηγορίας ἀδήλως καὶ ἀσαφεῖς ἐγίνοντο. Σωόλως γὰρ ὅσα περὶ ἀδελφῶν εἴποι τις ἂν ἢ ἡμῶν γνησίων ἐγκώμια, τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω Μάκρων ὑπὲρ Γαΐου διεξῄει πρὸς Τιβέριον. Αἴτιον δ᾽, ὡς ὁ τ᾽ πολλῶν λόγος, ἀ μόνον τὸ ἀντιθεραπεύεσθαι πρὸς αὐτὸν τ᾽ Μάκρωνα, πλεῖστον ἢ καὶ σύμπαν ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ δυνάμενον, ἀλλὰ καὶ ἡ Μάκρωνος γυνὴ διὰ σιωπωμένην αἰτίαν· ἣ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἤλειφε καὶ ζωεκρότει τ᾽ ἄνδρα, μηδὲν ἀνιέναι σπουδῆς καὶ βοηθείας τ᾽ ὑπὲρ τοῦ νεανίσκου. Δεινὸν δ᾽ γυνὴ γνώμην ἀνδρὸς σφαλῦσαι καὶ παρεγαγεῖν, καὶ μάλιστα μοχλὰς· ἕνεκα γὰρ τοῦ ζωεισόντος κολακικωτέρα γίνεται. Ὁ δ᾽ τὴν διαφθορὰν μὲν τοῦ γάμου καὶ τ᾽ οἰκίας [z] ἀγνοῶν, τὴν

p. 997.

p. 998.

[p] ὑπερβολίας] Sic pro ὑπεροχίας MSS. Vat. Aug. & Coll. Nov. Eſtque ea vox Philoni frequenter uſurpata: Vide infra p. 1012. De Sepæn. p. 1189. Item Jul. Polluc. i. 52. Et Budæi Comment. Ling. Græc. p. 304 & 305.

[q] βούλημα] Melius βούλομαι ſicut alibi paſſim.

[r] τι] Sic pro ϛ MSS. è quibus etiam mox reſtituo ἴκελον.

[s] παρὸν] Scribe παρεῖκεν. Sicut ſupra p. 688. ἀπὸ μὲν τοῦ τὸ παρεῖκον, &c. Vide Suidam v. παρεικός.

[t] ἀλκῷ] MSS. Vat. & Coll. Nov. ἀλλίκοθρ. Melius forſan ἄλικθρ. Ita Noſter p. 1011. μῖσος ἄλικθρ. 1038. ἀλικίᾳ τις ἴσως· & alibi paſſim.

[x] ζωθηκῶν] Videtur deeſſe πίστιν ad loci ſenſum.

[x] ὑπόθεσιν] Melius, ut opinor, ἐπίθεσιν.

[y] ἀξίας ἐπαίνου] Forſan καλεῖν ἄξιον ἐπαίνους τὰς ἀπολογίας.

[z] ἀγνοῶν] Aliter vero Dion. Hiſt. lib. lviii. qui Caii conſuetudinis cum uxore ſuâ Macronem conſcium refert, καὶ μάλιστα ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τ᾽ ἰδιωτικὴν γυναικὸς Ἐννίας Θρασύλλης περιῆκτο. Idem lib. lix. παραγωγέας γὰρ ἔσκλημα αὐτῇ πρὸς τοὺς

uſus fuerat in omnibus imperii rebus arduis, non ſolum poſtquam renunciatus eſt imperator (id enim adulatorum eſt, felices colere) ſed prius etiam & in principatu comparando. Nam Tiberius calliditate profunda inſtructus, & in noſcitandis occultis hominum voluntatibus omnium ſui ſæculi perſpicaciſſimus, & non minus prudentia quam felicitate præcellens, crebris de Caio tangebatur ſuſpicionibus: eſſe illum infenſum univerſæ Claudiæ familiæ, favereque ſoli materno generi; proinde metuebat nepoti, ne relictus puer non diu ſuperſtes foret. Quinetiam *Caium* judicabat imperio tanto minus idoneum, propter ingenium ferum & inſociabile, morumque inconſtantiam. Videbantur enim ipſi abſurdi & veſani cum nulla aſſervaretur cohærentia neque in dictis neque in factis. His tamen pro viribus & ut caſus ſe obtulit, Macro mederi conatus eſt, ſuſpiciones eximens Tiberio, in his quibus maximè ulceratus eſt ejus animus, propter importunum de nepote metum. Aiebat enim Caium obſequentem illi & benevolum, & valde patruelis amantem, ita ut præ affectu libenter ſoli cedere imperium vellet; obeſſe quam plurimis verecundiam, ex qua factum ut Caius, quamvis ſimplex, haberetur verſutus. Quod ſi quando parum promoveret rationibus veriſimilibus, depaciſci non dubitabat: fidejuſſorem me, inquit, offero: non indignus ſum cui habeas fidem: ſatis idonea documenta dedi amicitiæ, tum in Cæſarem tum in Tiberium, tum cum depulſio & ſubverſio Sejani mihi commiſſa eſt. Ut compendio dicam, in laudibus multus fuit Caii, ſi laudes vocandæ ſunt defenſiones contra ſuſpicionum criminationes & incuſationes obſcuras & occultas. Nam in ſumma quicquid pro germanis fratribus ac filiis afferri poterat, hoc totum & amplius etiam Macro afferebat pro Caio apud Tiberium. In cauſa fuerunt, ut multorum fertur ſermonibus, non ſolum ejus officia mutua quibus colebat Macronem, qui in adminiſtratione vel plurimum vel omnia poterat, ſed & uxor Macronis propter quiddam tectum ſilentio: quæ quotidie maritum hortabatur & incitabat, ne ullam occaſionem favoris & juvandi juvenis prætermitteret. Eſt autem ad alliciendum & adducendum viri mentem efficax impudica mulier, ut quæ blandior fit propter conſcientiam. At ille ignarus probri domeſtici, & ratus ab amore conjugali

τοις

proficiſci eas blanditias, imprudens decipitur, & artibus hujuſmodi inducitur infenſiſſimos ut amiciſſimos amplecti.

Itaque conſcius quod in extremo diſcrimine interitus ſæpius poſitum conſervaverat, ſinceris & liberis uſus eſt objurgationibus. Cupiebat enim, ut bonus opifex, permanere opus ſuum neque ab ipſo, nec alio quovis deſtructum. Ergo ſi quando videret dormientem in convivio, excitabat, tum decoro tum ſecuritati proſpiciens; (dormiens enim inſidiis facile patet;) itidem inſane ſpectantem ſaltatores ita ut unà geſticularetur, aut ad mimorum ſcurrilia dicteria non pro gravitate ſubridentem ſed cachinnantem pueriliter, aut citharœdorum chorive concinnitate ita delectatum, ut ipſe etiam nonnunquam conſonaret, fodicabat, cubito aſſidens aut accumbens proximus, & cohibere conabatur. Interdum in aurum inſuſurrabat ne quis audiret alius, comiter & blande admonens: "Nemini horum præſentium nec vero hominum aliorum decet te eſſe ſimilem, nec in ſpectaculis nec in auditionibus, nec in alia quacunque ſenſuum oblectatione, ſed tantum debes in ratione vivendi excellere, quantum felicitate præcellis. Abſurdum enim foret terræ mariſque principem, cantibus, ſaltationibus, cavillis & hujuſmodi nugis ſuccumbere: & non ſemper & ubique meminiſſe majeſtatis imperatoriæ, tanquam paſtorem gregi præpoſitum, & ab omni qualicunque dicto & facto emendationis rationes ſibi arripientem. Addebat inſuper: quoties contigerit te intereſſe gymnicis aut ſcenicis aut circenſibus ſpectaculis, noli exercitia ipſa, ſed ſedulitatem in exercitiis ſuſpicere, atque ita tecum reputa: ſi iſta quæ vitæ non proſunt, quòd ſolam voluptatem & oblectationem ſpectatoribus pariant, tamen quibuſdam elaborantur tanta diligentia, ut laudentur & in admiratione habeantur, & præmia & honores & coronas una cum præconiis recipiant: quid oportet eum agere qui profitetur artem longe præſtantiſſimam? Maxima vero & optima eſt imperandi ars, cujus ope colitur quantum eſt bonorum agrorum ſive montanorum ſive campeſtrium, enavigatur totum mare à navibus onerariis ſine periculo, ob commercia quibus diverſiſſimæ terræ ſua bona communionis deſiderio aliis rependunt, quæ ſibi opus ſunt accipientes, quorum vero abundant ea

ἢ κολακείαν εὔνοιαν ἀπερισκεπτότερον εἶναι νομίζων, ἀπαλᾶται καὶ λανθάνει τοῖς τερπνήμασι τὰς ἐχθίστας ὡς φιλάτας προσιέμενον.

Εἰδὼς ἔν ὅτι καὶ μικρὸν ἐλθόντα μυριάκις αὐτὸν ἀπολέσαι διέσωσεν, ἀνυπέρβλοις καὶ παρρησιασμέναις ἐχρῆτο πρὸς νουθεσίαις. Ἐβούλετο γὰρ ὡς ἀγαθὸς δημιουργὸς, ἀκαθαίρετον διαμεῖναι τὸ οἰκεῖον ἔργον, μήθ' ὑπ' αὐτοῦ διαλυθὲν, μήθ' ὑφ' ἑτέρου. Ὁπότε ἴδοι ἢ καταδαρθέντα ἐν συμποσίῳ θεάσαιτο, [a] πρὸς ἀνίσχη· τοχαζόμενον ἅμα μὲν τοῦ πρέποντος, ἅμα δὲ καὶ ἀσφαλείας· (εὐεπιβούλευτον γὰρ ὁ κοιμώμενος) ἢ τινας ἐκμανῶς ὀρχησαμένους ὁρῶντα, ἢ [b] ὡς ἔστιν ὅτε ζωορχούμενον, ἢ ἐπὶ μίμοις αἰσχροῖς καὶ σκωμμάτων μὴ ὑπομειδιῶντα σεμνότερον, ἀλλὰ μειρακιωδέστερον [c] καταχάζοντα, ἢ κιθαρῳδῶν ἢ χορῶν τὴν ἐμμελείας ἡττώμενον, [d] ὡς ἔστιν ὅπου καὶ σιωπᾶν, ἔνθα πλησίον καθιζόμενον ἢ κατακεκλιμένον, καὶ ἐπέχειν ἐπειρᾶτο. Πολλάκις γὰρ καὶ ἀποκλίνας πρὸς ἕν, ἵνα μὴ κακακούσῃ τις ἕτερον, ἡσυχῇ καὶ πράως ἐνουθέτει· "Φάσκων ἑαυτὸν τῶν παρόντων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων [e] ὅμοιον εἶναί σε δεῖ, οὔτε ἐν θεάμασιν, οὔτε ἐν ἀκούσμασιν, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὅσα κατὰ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ προφέρειν ἐπὶ τοσοῦτον ἐν ἑκάστῳ τοῦ βίου, ἐφ' ὅσον καὶ τῆς εὐτυχίας διενήνοχας. Ἄτοπον γὰρ τὸν ἡγεμόνα γῆς καὶ θαλάττης νικᾶν πρὸς ᾠδῆς, ἢ ὀρχήσεως, ἢ χλευαστικῆς σκώμματος, ἤ τινος τῶν ὁμοιοτρόπων, ἀλλὰ μὴ ἀεὶ καὶ παντα χοῦ μεμνῆσθαι τῆς ἡγεμονίας· καθάπερ τινα ποιμένα καὶ ἀληθῆ ἀγέλης, τὰ πρὸς βελτίωσιν ἀεὶ πάντες ἀτενοσοῦν ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκοντα, καὶ λόγῳ καὶ πράγματι. Εἶτα ἔφασκεν· ὅταν τραγῳδοῦ τινος σκληροῖς ἀγῶσιν, ἢ γυμνικοῖς, ἢ τοῖς κατὰ τὰς ἱπποδρομίας, μὴ σκόπει τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι κατόρθωσιν, καὶ λάμβανε τὸν πιστὸν λογισμόν· εἰ τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, τέρψιν δὲ μόνον καὶ ἡδονὴν παρέχοντα θεαταῖς, ἐκπονοῦσιν ὕτω τινες, ὡς ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ γέρα καὶ τιμὰς καὶ στεφάνους μετὰ κηρυγμάτων λαμβάνειν· τί χρὴ πράττειν τὸν τὰ ἀνωτάτω καὶ μεγίστης τέχνης ἐπιστήμονα; Μεγίστη δὲ καὶ ἀρίστη [f] τέχνη πασῶν ἐστιν ἡ ἡγεμονία, δι' ἧς πᾶσα μὲν ἡ ἀγαθὴ καὶ βαθεῖα πεδιάς τε καὶ ὀρεινὴ γεωργεῖται, πᾶσα δὲ θαλάττα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, καὶ τὰς ἀντιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκλείνυσιν αἱ χῶραι κοινωνίας, ἱμερῶ τὰ p. 999.
μὲ ἐνδεῖσθαι λαμβάνυσαι, ὧν δὲ ἄγυσι πλείυσίαν,

τοῖς ἄλλοις ἐπάγυσι. Similiter Tacitus Annal. vi. c. 45. *Potentia Macronis, qui gratiam C. Cæſaris nunquam ſibi neglectam acriùs in dies fovebat, impulseratque poſt mortem Claudiæ, quam nuptam ei rettuli, uxorem ſuam Enniam immittendo, amore juvenem inlicere*, &c.

[a] πρὸς ἀνίσχη] Sic MSS. pro πρὸς ἀνίσχειν.

[b] ὡς] Deeſt in MSS. atque omnino redundat. Ergo dele. De ſaltatione vero Caii, ſic Dion Caſſ. lib. lix. p. 643. πρῳδοῦσι δὲ καὶ ὀρχοῦνται καὶ εἰς ζήλωμα καὶ εἰς ἀγώνισμα πρὸς

[c] καταχάζοντα] Codices MSS. κιχλίζοντα ἢ καταχάζοντα.

[d] ὡς] Reſtitui ex MSS. Med. & Coll. Nov. E quibus mox repono σιωπᾶν. Editi σιωπᾶσθαι.

[e] ὅμοιον] Citantur hæc uſque ad ἐπιστήμονα à Johanne Monacho inedito, titul. περὶ Βασιλίων χρηστῶν. Ibi vero pro λόγῳ ſcribitur ζώῃ. Item pro μόνον ibid. αὖτὸ μόνον. Poſt τέχνης etiam additur πασῶν.

[f] τέχνη] Reſtitui ex MSS. Med. & Coll. Nov.

ἀντι-

ἀντιπίμπρασαι. Φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐφήπτηται, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς μοίρας, οὔτε Εὐρώπην, ἢ οὔτε Ἀσίαν· ἀλλ' ἰοβόλα τρόπον ἑρπετῶν φωλεύει, βαθέσιν εἰσερπύσας χωρίοις, ἀνδρὶ ἑνὶ, ἢ οἴκῳ ἑνὶ, ἢ, εἴποτε πολὺς ἄγαν πέπλεγε, πόλει μιᾷ· πρὸς δὲ μείζονα κύκλον ἔθνους ἢ χώρας οὐ προέσεισι, καὶ μάλιστα ἀφ' οὗ τὸ ὑμέτερον γένος τὸ Σεβάστιον εἴλως ἤρξατο περιλαμβάνειν τῶν παλαιῶν πάντων. Ὅσα μὲν γὰρ δημόσια τῶν βλαβερῶν καὶ ἐν μέσοις ἐξηταζέτο, πρὸς ἑσπερίους καὶ Ταρτάρου μυχοὺς ἤλασε, τὰ δὲ τρόπον τινὰ φυγαδευθέντα τῶν λυσιτελῶν καὶ ὠφελίμων κατήγαγε πρὸ περάτων γῆς καὶ θαλάττης, εἰς τοῦτο καθ' ἡμᾶς οἰκούμενον, ἃ πάντα μιᾷ χειρὶ σῇ κυβερνᾶν δεῖται. [i] Παρεσπιμφθεὶς γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πρύμναν ἀνωτάτω, καὶ τὰς οἴακας ἐγχειρισθεὶς, παιδαγωγικῷ τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ζυγοῦ [k] ζωτηρίως, ἐπὶ μηδενὶ μᾶλλον χαίρων καὶ τερπόμενος ἢ τῷ τὰς ὑπηκόους διεργετεῖν. Ἄλλοι μὲν γὰρ ἄλλων ἔρανοι, ἃς ἀναλκαίως εἰσφέρουσιν ἰδιῶται καὶ πόλεις· ἄρχοντι δὲ οἰκειοτάτου ἔρανος, βουλὰς ἀγαθὰς εἰσηγεῖσθαι πρὸ τῶν ὑποτεταγμένων, καὶ πράττειν τὰ [l] βουλευθέντα ὀρθῶς, καὶ ἀταμίευτα προφέρειν τὰ ἀγαθὰ πλουσίᾳ χειρὶ καὶ γνώμῃ, πλὴν ὅσα καὶ πρόνοιαν τοῦ εἰς τὸ μέλλον ἀδηλότητος, ἄξιον φυλάττειν.

remittentes. Nam invidia totum orbem nunquam occupavit, imò ne partes quidem ejus majores, Europam universam aut Asiam: sed venenosarum more bestiolarum latitat, in loca angusta irrepens: unum hominem, unam familiam, vel si multum ingravescit, unam civitatem; ad majorem vero ambitum regionum & nationum non accedit, præsertim ex quo vestra gens verè augusta potita est rerum dominio. Nam quæcumque noxia prius prævalebant & in medio palam conspiciebantur, ea *Domus Augusta* in extremos orbis fines & ipsius Tartari recessus, abegit; proficua vero & commoda quodammodo in exilium acta reduxit, ab ultimis terræ & maris terminis in hunc nostrum orbem; quæ omnia tuis manibus unicè gubernanda committuntur. Evectus igitur à natura ad puppem celsissimam, ejusque gubernacula habens commissa, salutariter moderare communem generis humani ratem, non aliunde magis voluptatem capiendo, quàm è subditis per te adjutis aliquo beneficio. Aliæ enim aliorum contributiones, quas privati per urbes necessario conferunt; principi vero maximè consentaneæ collationes sunt, proba consilia de subditis instituere, eaq; rectè instituta exequi; bona sua proferre palam omnibus obvia, larga manu ac mente, his tantum exceptis quæ ob incertos casus futuros servari providentia postulat.

Τοιούτοις καλιπῆδεν ὁ δυσυχὴς ὥστε βελτιῶσαι τὸν Γάϊον. Ὁ δὲ φίλερις καὶ φιλόνεικος ὢν, ἐπὶ τοὐναντία τοῦ Διόνειον ἔτρεπεν, ὥσπερ εἰς σκῆνα παρακληθεὶς, καὶ τῷ ζωφρονιστῇ ἄντικρυς ἀπεθάρρει δυσωπεῖν· ἐσὶ δ' ὅτε καὶ πόρρωθεν ἀφικνούμενον ἑρᾶν, πρὸς τὸν πλησίον ταυτὶ διελάλει. Πάρεσιν ὁ διδάσκαλος τῷ μηκέτι μανθάνειν ὀφείλοντος, ὁ παιδαγωγὸς τῷ μηκέτι παιδὸς ὄντος, ὁ νουθετητὴς τῷ φρονιμωτέρου, ὁ τοῦ Αὐτοκράτορα τῷ ὑπηκόῳ πειθαρχεῖν ἀξιῶν, ἐθάδα τὴν ἡγεμονικὴν ἐπισήμης· καὶ παιδεύτῃ ἑαυτὸν γεράφῃ, παρά τίνι μαθὼν τὰ ἐγχειρήματα, ἔγωγε οὐκ οἶδα. Ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἔτι σπαργάνων μυρίοι διδάσκαλοι γεγόνασι, πατέρες, ἀδελφοὶ, θεῖοι, ἀνεψιοὶ, πάπποι, πρόγονοι, μέχρι τῶν ἐγχωρίων, οἱ ἀφ' αἵματος πάντες καθ' ἑκάτερον γένος, τό, τε πατρῷον καὶ μητρῷον, αὐτοκρατεῖς ἐξουσίας πεποιησάμενοι· χωρὶς δὲ καὶ τῶν πρώταις τῶν σπερμάτων καταβολαῖς εἶναί τινας δυνάμεις βασιλικὰς τῶν ἡγεμονικῶν. Ὡς γὰρ αἱ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ὁμοιότητες καθά τε τοῦ μορφοῦ, καὶ ἕξεις καὶ κινήσεις, βουλάς τε καὶ πράξεις, ἐν τοῖς σπερματικοῖς σώζονται [m] λόγοις, ἅτως εἰκὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὑπογεγράφεσθαι τυ-

Talibus verbis Caium deliniebat homo infelix, quo meliorem redderet. Verum ille contentiosus & pertinax animum convertebat in contraria, quasi ad illa impelleretur, & castigatorem palam & fidenter rejiciebat: interdum etiam procul venientem conspicatus, sic alloquebatur proximos. Adest præceptor jam ejus qui non ulterius debet discere: pædagogus non amplius pueri, prudentioris seipso monitor, qui subdito imperatorem obedire postulat, non rudem scientiæ imperatoriæ: magister videri vult, sed à quo ipse doctus sit imperii artes, nescio. Mihi certe ab incunabulis contigerunt educatores plurimi: patres, fratres, patrui, patrueles, avi, proavi, usque ad gentis auctores, qui omnes sanguine conjuncti ex stirpe tum paterna tum materna, summam tenuerunt potestatem: ne dicam quod in primo principum semine esse quasdam virtutes regias. Quemadmodum enim corporis animique similitudines, quoad formam, habitum, gestum, consilia, actiones, in vi seminali conservantur, sic in eadem probabile est

p. 999.

p. 1000.

[i] Παρεσπιμφθεὶς, &c.] Citantur hæc ab Anton. lib. ii. c. 1. περὶ Βασιλίνης. Ut etiam à Johanne Monacho inedito, titulo jam citato. Utrobique additur δικαιοτάτῃ βασιλείᾳ, quod quidem ad sensum videtur necessarium.

[k] ζωτηρίως] Sic Antonius ibidem, Johannes Monachus ineditus, & MS. Med. Editi σωτήριον.

[l] βουλευθέντα] Ita MSS. pro βουλευθέντα. Item προφέρειν. Editi προσφέρειν.

[m] λόγοις] Restitui ex MSS.

[ε] ὑμέτερον] Sic MSS. pro ἡμέτερον, quod Contextus etiam postulat. Caium enim alloquitur.

[h] ὑπερορίους] MSS. ὑπερόρια, & forsan sic rectius.

delineari rudiùs quandam habilitatem ad imperium. Et audebit aliquis me, qui in materno utero & naturæ officina imperator formatus fui, docere, indoctus peritum? Quomodo enim fieri poteſt, ut qui privati paulo ante fuerant, animæ imperatoriæ conſilia introſpiciant? Attamen impudenter audent præire nobis imperatoria myſteria, quibus ipſi vix dum initiati ſunt. Ille vero paulatim à Macrone alienari quærens, contra eum falſa, ſed utcumque probabilia & ſpecioſa crimina cœpit fingere. Naturæ enim ſolertes & magnæ facile comminiſcuntur veriſimilia. Tales autem erant prætextus, ex Macronis ſermonibus. Meum Caius opus eſt: à me magis, aut certè non minus, quàm à ſuis parentibus eſt genitus. Ter non ſemel periiſſet, Tiberio uſque ad necem contra ipſum ſæviente, niſi propter me & meas deprecationes. Poſt obitum quoque illius, cum mihi parerent prætoriani milites, continuo in ejus locum evexi, docens uno tantum viro eſſe opus, de cætero integrum & incolume manere imperium. His ut veris quidam aſſentiebantur, ignorantes mores Caii fucatos. Neque enim adhuc ſe prodiderat fraudulentum ejus & varium ingenium. Veruntamen poſt non multos dies ille infelix ſublatus eſt è medio unà cum uxore, extrema pœna repenſa ſibi pro nimia benevolentia. Sic enim rependuntur præſtita ingratis beneficia: qui pro bonis quæ receperunt, maxima damna dant benefactoribus. Certe Macro, qui revera omnia adminiſtraverat ſummo cum ſtudio & contentione, primum ut ſervaret Caium, deinde ut imperium ſoli adſtrueret, talem mercedem retulit. Fertur enim miſer coactus ſeipſum interficere: uxor quoque habuit eundem exitum, quamvis in deliciis ejus fuiſſe ſuſpecta. Sed negant in amore ſtabiles quaſdam eſſe illecebras, propter faſtidium quod ex affectu oritur.

Cæterum poſtquam & Macro cum ſuis omnibus periiſſet, tertium certamen *Caius* majore dolo aggreditur. Fuerat ei ſocer M. Silanus, vir animo plenus & genere ſplendidus. Hic poſt immaturo fato abſumptam filiam, adhuc tamen Caium coluit: benevolentiam exhibens non tam ſoceri quam patris germani: quam ex æquitatis lege viciſſim accepturum ſe ſperavit, & pro genero filium experturus. Imprudens vero neſci-

πωδέστερον καὶ τῷ πρὸς ἡγεμονίαν [n] ἐμφέρειαν. Εἶτα ἐμὲ τὸ κ᾽ πρὸ τ᾽ ἡγέσεως ἔτι κ᾽ γαστρὸς ἐν τῷ τ᾽ φύσεως ἐργαστηρίῳ διαπλασθέντα αὐτοκράτορα, πλημά τις διδάσκειν, ἀνεπιστήμων ὁπλισήμονα; Πῶ γὰ τοῖς ἰδιώταις πρὸ μικρῶ, θέμις εἰς ἡγεμονικῆς ψυχῆς ἐσδυκύψαι βυλεύματα; Τολμῶσι δ᾽ ὑπ᾽ [o] ἀναισχώτω θράσους ἱεροφαντεῖν κ᾽ τελεῖν τὰ ἡγεμονικά, μύλις ἂν ἐν μύσαις ἀναγεγραφέντες. Ἐκ δ᾽ τῶ κατ᾽ ὀλίγον μελετῶν ἀλλοιοῦσθαι τ᾽ Μάκρωνα, ἤρχετο κ᾽ ψευδεῖς μὲ πιθανὰς δ᾽ κ᾽ ἀπαραγώγως κατ᾽ αὐτ᾽ πλάττειν αἰτίας· δεινοὶ γὰ [p] αἱ εὐθυκλοι κ᾽ μεγάλαι φύσεις εἰκολογῆσαι. Τοιαῦται δ᾽ ἦσαν αἱ προφάσεις· ἐμὸν ἐστι τῶ Μάκρωνος ἔργον Γάϊος· μᾶλλον αὐτὸν ἢ οὐχ ἧττον τῶν γονέων γεγώνηκα· τοῖς οὐχ ἅπασ ἀνῆρπασο ἄν, ἐπ᾽ αὐτῷ Τιβερίῳ φονᾶντος, εἰ μὴ δι᾽ ἐμὲ κ᾽ τὰς ἐμὰς παρηγορίας. Ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος, ἔχων ὑπηκόους τὰς στρατιωτικὰς δυνάμεις. Εὐθὺς εἰς τὸν ἐκείνου παρέπεμψα τάξιν, ἀναδιδάσκων ὅτι ἀνδρὸς ἑνὸς γέγονεν ἔνδεια· μένει δ᾽ ἄρτι καὶ πλήρης ἡ ἡγεμονία. Τούτοις ζωπειθέντό τινες ὡς αἰσθήσιν, ἀγνοοῦντες τ᾽ φύσεως τρόπον δ᾽ λέγοντος. Οὔπω γὰ ἦν τὸ πεπλασμένον αὐτ᾽ κ᾽ ποικίλον τ᾽ ἠθῶν ἐμφανές. Ἀλλὰ γὰ ὑ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις ἐκποδὼν ὁ κακοδαίμων γίνε᾽ σὺν τῇ γυναικὶ, τ᾽ πειτῆς δίκης ἀμοιβὰς τὰς ἀνωτάτω τιμωρίας ἀντιλαβών. Τοιοῦτόν ἐστιν ἡ εἰς τοὺς ἀχαρίστους χάρις· ἀντὶ γὰ ὧν ὠφελήθησαν, παρέχουσι τὰς μεγίστας ζημίας τοῖς εὐεργετήσασιν. Ὁ γοῦν Μάκρων πάντα ἐπ᾽ ἀληθείας πραγματευσάμενος μετ᾽ ἐκπονεστάτης σπουδῆς κ᾽ φιλοτιμίας, τὸ μὲ πρῶτον ὑπὲρ τοῦ σῶσαι Γάϊον, ἔπειτα δ᾽ ὑπὲρ τοῦ μόνον τῷ ἡγεμονίαν διαδέξασθ᾽, τοιαῦτα εὕρατο τὰ ἐπίχειρα. Λέγε᾽ γὰ, ὅτι ἠναλκάνθη, ὁ δείλαιος, αὐτοχειρία κλεῖναι ἑαυτόν· κ᾽ τῷ αὐτῷ [q] ἀνεδέξατο ζυμφορὰν ἡ γυνὴ, καίπερ ποτε νομισθεῖσα διὰ ζυνηθείας αὐτῷ φίλος. Βέβαιον δ᾽ οὐδὲν φασι τ᾽ ἐν ἔρωτι φίλτρων εἶναι, διὰ τὸ τοῦ πάθους ἀψίκορον.

Ἐπειδὴ δ᾽ κ᾽ ὁ Μάκρων πανοίκιος [r] ἱερόσυλος, τρίτῳ ἐπαπεδύετο δόλῳ βαρυτέρῳ. Πενθερὸς ἐγεγόνητο αὐτῷ Μάρκος Σιλανὸς, μεγὸς φρονήματος ἀνὴρ κ᾽ γένει λαμπρός. Οὗτος ὠκυμόρῳ τ᾽ θυγατρὸς [s] ἀποθανούσης, ἔτι πεπαῖπε τ᾽ Γάϊον· εὔνοιαν προσφερόμενος δ᾽ πενθερῷ μᾶλλον ἢ γνησίῳ πατρὸς, ἣν ἐνόμιζεν ἀντιλήψεσθ᾽ κ᾽ νόμον ἰσότητος, μεθαρμοσάμενος τ᾽ γαμβρὸν εἰς p. 1001.
ὑίν. Ἐλελήθει δ᾽ [t] ἄρα ψευδοδοξῶν κ᾽ ἀπατώ-

[n] ἐμφέρειαν] Melius forſan ἔμφυΐαν.

[o] ἀναισχώτω θεούς] Ita MSS. Editi ἀναισχωτίας κ᾽ θεούς.

[p] αἱ] Reſtitui ex MSS. quorum etiam fide repono εὐθυκλοι. Editi εὐθυκλοι.

[q] ἀνεδέξατο] Sic MSS. pro ἀναδέξασθ᾽. Eadem vero referuntur à Dione Hiſt. lib. lix. p. 647. κ᾽ ὅτι τ᾽ Μάκρωνα μ᾽ τ᾽ Ἐννίας, μήτε δ᾽ ταύτης ἔρωτι μήτε τῇ ἐκείνου ἐπιτηδεύσει μισθεὶς, ὅτι ἐκόσιον (melius εἴς τι ἐκούσιον) δὲ θανάτου ἀπάγχω ἑαυτὸν. Sueton. in Calig. cap. 26. *Et in primis ipſum Macronem, ipſam Enniam, adjutores imperii, quibus pro neceſſitudinis jure proque meritorum gratia, cruenta mors perſoluta eſt.*

[r] ἱερόσυλος] Ita MSS. pro ἱερόσυλος. De voce vero ἱερόσυλος, vide dicta ſupra ad p. 882.

[s] ἀποθανούσης] Repudiatam fuiſſe, Dion autor eſt lib. lix. p. 646. τῷ τε γαμέτῃ αὐτοῦ (Silani) ἐκέλευσε, ἔχοντα Κορνηλίαν Ὀρεστίνην, &c.

[t] ἄρα] Sic MSS. pro ἔτι. Item κεκομμένος. Editi κεκομμένος.

μμ⊙. Ὁ γὰ τὰς κηδομένας λόγας αἰὲ διεξήει, μηδὲν ἀπικρυπτόμμ⊙ τ εἰς βελτίωσιν καὶ ὠφέλειαν ἠθῶν, καὶ βίω, καὶ ἡγεμονίας· ἔχων εἰς παῤῥησίαν καὶ μεγάλας ἀφορμὰς, ὑπερβάλλουσάν τε εὐγένειαν, καὶ τὴν κατ' ἀπιγαμίαν οἰκειότητα. Καὶ γὰ ἡ θυγάτηρ ἐ πρὸ πολλῶν ἐτεθνήκει χρόνων, ὡς ἀμαυρωθῆναι τὰ δίκαια τ κηδεστῶν, ἀλλὰ μονονὺ ᵛ ἥπαιρεν ἔτι λειψάνων τινῶν ὑσάτων τὰ ψυχικὰ πνεύμα⊙ ἐυπαρχόντων, καὶ ἐγκαθειλημμένων τῷ σώματι. Ὁ δὲ πρὸς ὕβρεως τὰς ὑποθέσεις λαμβάνων, τῷ πάντων οἴεσθ φρονιμώτα⊙ καὶ ζωφρονέστα⊙, ἔτι δὲ ἀνδρειότα⊙ εἶναι καὶ δικαιότα⊙, ἤχθαιρε μᾶλλον τ ὁμολογημένων πολεμίων τὰς διδάσκοντας. Ὑπολαβὼν δὲ καὶ τοῦτον εἶναι παρενόχλημα, τῷ πολλῷ ˣ αὐτῷ ῥύμῳ τ ἐπιθυμιῶν ἐφέροντα, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς δαίμοσι τῆς ἀποθανούσης γυναικὸς, εἰ πατέρα μὲ ἐκείνης, ἑαυτῷ δὲ γνήμονα πενθερὸν μεταστήσει), ʸ δολοφονεῖ.

Καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη πρόδηλον τοῖς ἐπαλλήλοις τ πρώτων ἀνδρῶν φόνοις ἐγεγένητο, ὡς ἀφ' παντὸς σήμα⊙ δυσκάθαρτα ἄγη ζωηχεῖα, φανερῶς μὲ ἐ ἀφ' δέ⊙, ἠρεμαιοτέρᾳ δὲ τῇ φωνῇ. Κἄπειτα ἐκ μεταβολῆς· ἔχλ⊙ γὰ ἀνέῤῥυσεν ἐν ἅπασι, καὶ βυλαῖς, Ꞓ λόγοις, καὶ πράγμασιν· ἀπιστοῦντες εἰ ἔστως ᶻ ἀθρόαν ἐνδείξει) τροπὴν ὁ πρὸ μικροῦ χρηστὸς καὶ φιλάνθρωπ⊙, ἴσ⊙ τε καὶ κοινωνικὸς εἶναι νομισθεὶς Γάι⊙, ἀπολογίας ἐσκόπουν, καὶ διερευνῶντες εὕρισκον· ὅτι μὲ τῷ ἀνεψιῷ καὶ ζυγκληρονόμῳ τοιαῦτα φάσκοντες· ἀκοινώνητον ἀρχὴν, θεσμὸς φύσεως ἀκίνητ⊙· ὅτ⊙ ἃ παθεῖν ἐμέλλησεν ἂν ᵃ ὑπὸ δυναλωτέρου, προδιέθηκεν· ἰσχυρότερ⊙ ὢν ἠμυνάλο· τυτέσιν οὐκ ἀνδροφονία. Τάχα δὲ καὶ προνοητικῶς ἐπ' ὠφελείᾳ ζ σύμπαντ⊙ ἀνθρώπων γένους τὸ μειράκιον ἐκποδὼν γεγένηται), τ μὲ τούτῳ, τ δὲ ἐκείνῳ ᵇ προσκληρωμένων· ἐξ ὧν ταραχαὶ, ἐμφύλιοί τε καὶ ξενικοὶ πόλεμοι ζωίσαν). Τί δὲ ἄμεινον εἰρήνης; ᶜ εἰρήνη δὲ ἐξ ἡγεμονίας ὀρθῆς φύε). ἡγεμονία δ' ἀφιλόνεικ⊙ καὶ ἀνερίθευτ⊙ ὀρθὴ μόνη, δι' ἧς καὶ τἄλλα πάντα ὀρθοῦται. Ἐπὶ δὲ Μάκρωνι· πλέον ἐφυσήθη τῷ μέμῳ· τὸ Δελφικὸν γράμμα ἐ διέγνω, τὸ γνῶθι ζαυτόν. Φασὶ δέ, τῷ μὲ ἀπισήμῳ, εὐδαιμονίας, τῷ δὲ ἀγνοίαν, κακοδαιμονίας αἰτίαν εἶναι· τί παθὼν ὑπηλλάτετο, καὶ μετέθετο; τ μὲ ὑπήκοον αὐτὸν εἰς τάξιν ἀρχον⊙, τ δὲ αὐτοκράτορα Γάϊον

vit, quàm inanes fallaceſque ſpes foveret. *Silanus* enim perpetuo ingerebat ſermones curatori conſentaneos: nihil omittens ad correctionem & emendationem morum & vitæ & imperii: magnis etiam liberè loquendi argumentis fretus, tum eximia nobilitate, tum affinitatis conjunctione. Nec enim ita dudum filia defuncta fuerat, ut ſoceri jura vaneſcere debuerint, ſed adhuc etiam tantum non reſpirabant: reliquiis quibuſdam extremis ſpiritus cognati intus manentibus & in corpore incluſis. Verum *Caii* officium interpretatus contumeliam, quòd ſibi videretur prudentiſſimus, temperantiſſimus, atque inſuper fortiſſimus, juſtiſſimuſque, confeſſis adverſariis magis oderat monitores. Ratus igitur hunc quoque moleſtum fore, & nimiam cupiditatum violentiam interpellaturum, valere juſſis manibus extinctæ conjugis, ſi patrem illius, ſuum vero ſocerum è medio tolleret, ipſum ſecreto perimit.

Verumtamen facinus ex continuis cædibus virorum primariorum mox celebratum eſt: ita ut ex quovis ore ſcelera inexpiabilia proferrentur, nec tamen aperte præ metu, ſed ſuſurris clancullariis. Verùm non multo poſt mutati (ut eſt vulgus inconſtans dictis, factis atque conſiliis) vix crederent talem mutationem ſubiiſſe Caium, qui prius bonus & perhumanus ſit habitus, atque etiam civilis liberaliſque, excuſationes deſpiciebant, atque arctè ſcrutando tales comminiſcebantur; de patruele cohæredeque ſic allegantes: imperium non admittere ſocietatem, eſt lex naturæ immota: hicce quæ à valentiore mox erat paſſurus, prius occupando inflixit: fortior cum eſſet, vim vi repulit: hocce facinus non eſt homicidium: divina fortaſſe providentia ſublatum adoleſcentem ad utilitatem humani generis, aliis huic, aliis illi faventibus, unde ſeditiones & bella externa ſimul ac civilia proveniunt. Quid autem pace melius? pacem vero provenire ex regimine recto: iſtud vero regimen ſolum rectum eſt, quod contentionum & rixarum eſt expers, cujus ope & reliqua omnia proſperè geruntur. De Macrone item *ſic allegabant:* plus nimio elatus eſt: vix legerat Delphicum oraculum, *noſce teipſum.* Vulgò autem dicitur, notitiam ſui felicitatem parere, ſicut è diverſo ex ignoratione ſui naſci infortunium. Cur enim Macro mutatus eſt, & ſubditum ſe in principis

p. 1002.

ᵛ ἥπαιρεν] Ita MSS. Sic etiam Hom. Il. N. 573. Utraque vox agnoſcitur ab Heſych. v. ἥπαιρεν. Editi ἅπαιρεν. Mox vero pro ψυχικὰ omnino repone συγγενικὰ.

ˣ αὐτῷ] Melius αὐτᾷ.

ʸ δολοφονεῖ] Atqui ſeipſum interfeciſſe autor eſt Dion. hiſt. lib. lix. p. 646. ὁ δὲ πυθόμενος αὐτᾶ Μάρκ⊙ Σίλαν⊙—ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τ ἀρετᾶς καὶ ὑπὸ τ συγγενείας ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἐπεβούλευε—ἑαυτὸν καθεῖρξε. Similiter Suetonius in Calig. c. 23. *Silanum item ſocerum ad necem ſerandaſque novacula fauces compulit.* Vide Tacitum de vit. Agric. c. 4.

ᶻ ἀθρόα] Sic pro ἀθρόως MSS. Med. & Pariſ. Similiter infra p. 1002. ἔστως ἀθρόαν ἐνδείξει) μεταβολήν.

ᵃ ὑπὸ δυναλωτέρου] Ita MSS. Med. & Vat. idque omnino ad ſenſum melius. Editi ὑπ' ἀδυναλωτέρου. Mox pro προδιέθηκεν, ſcribo προδιέθηκεν ex MSS. Item in ſequentibus, verbis tranſpoſitis ſcribe, τοῦτ' ἔστιν ἀνδροφονία.

ᵇ προσκληρωμένων] Sic MSS. Med. Aug. & Coll. Nov. pro προσκεκληρωμένων.

ᶜ εἰρήνη] Citantur hæc à Johanne Monacho inedito, titulo περὶ βασιλείας, è quo etiam pro ὀρθοῦται repono καθαίρει).

locum

locum ingeſſit, imperatorem Caium in ſubditi ordinem detruſit? Conſentaneum principi imperare, quod Macro ſibi uſurpabat, ſubdito vero imperata facere, quod ille a Caio poſtulabat. Homines enim inſenſati monita appellitabant juſſa, monitorem vero principem, vel ex imperitia ignorantes, vel ex adulatione rerum pariter & nominum naturas invertentes. Hæc vero de Silano prætexebant; certe riſu dignum paſſus eſt Silanus, quod putaret ſoceri tantam autoritatem in generum, quantam patris in germanum filium. Atqui patres cives privati filiis ad magiſtratus & imperia provectis, ultro primatu cedunt, ſecundis partibus contenti. Hic vero nimis ſimplex, jam ne ſocer quidem, plus ſatis curioſus fuerat in rebus nil ad ſe pertinentibus, non intelligens cum filiæ obitu conjunctionem affinitatis fuiſſe ſimul extinctam. Nam connubia familiis externis ſunt pro vinculo, alienos in conſuetudinem conſtringentia, quo ſoluto ſolvitur & affinitas: præſertim quoties caſu cui mederi nequeas diſſolvatur, interitu elocatæ in alienam familiam. Talia tum paſſim in omnibus circulis jactitabant, id maximè operam dantes, ne imperator crudelis videretur. Nam cum olim ſperaſſent tantam in Caii anima beneficentiam & humanitatem inſediſſe, quantam in nullo antea principe, incredibile rati ſunt quod *vir talis* reciperet tantam tamque repentinam mutationem in contrarium.

Confectis igitur tribus modo dictis certaminibus adverſus præcipuas tres partes reipublicæ, duobus quidem ex patria, ordine equeſtri & ſenatorio, tertio de ſuis gentilibus, ratuſque poſt proſtratos valentiſſimos & honoratiſſimos, graviſſimam jam aliis omnibus formidinem incuſſam; ſenatoribus quidem, cæſo Silano (erat enim nemini ejus ordinis ſecundus;) ſublato vero Macrone, equitibus, inter quos ille primam dignitatem primoſque honores meruerat; patruelis quoque ac cohæredis nece, omnibus ſibi conjunctis ſanguine; non amplius ſe continere dignatus eſt intra humanæ naturæ terminos, ſed altius provectus eſt, ſtudens *etiam* pro Deo haberi. Et quidem initia hujus dementiæ tali argumentatione uſum ferunt: ſicut aliorum gregum magiſtri, opiliones, caprarii, bubulci, nec boves ſunt ipſi, nec capri, nec arietes, ſed homines ſunt, ita imperatorem non eſſe ſuperiorem humano ſtatu, ſed ad inferiora deſcendere. Ordinavit igitur principi ſuo curare quæ hominibus ſunt curæ, ſed ſuperare in his omnes, ſicut pecorum paſtores ſuperant pecora. Et in hac quidem inſaniæ ratione, ſimplicitatis argumento, ſic ſibi placuit, ut ſuo ipſius judicio ſe ſolum ſapere putaret.

εἰς ὑπηκόου χώραν. Οἰκειότατον ἡγεμόνι μὲ τὸ προστάτειν, ὅπερ ἐποίει Μάκρων, ὑπηκόῳ δὲ τὸ πειθαρχεῖν, ὅπερ ὑπεμίμνησκεν ἀξίως Γάϊον. Ἐκάλυν γὰρ οἱ ἀνεξέταστοι τιμὴν φαίνεσθαι πρόσταξιν, ἢ τὸ σύμβουλον ἄρχοντα· ἤτοι μὴ ζυνέντες ὑπ' ἀναισθησίας, ἢ δι' [d] κολακείαν τὰς φύσεις τῶν ὀνομάτων ἐμοὶ καὶ πραγμάτων μεταχαράττοντες. Ἐπὶ [e] δὲ Σιλανῷ· χλεύης ἄξιον ὁ Σιλανὸς ἔπαθεν, οἰηθεὶς τὸ πενθερὸν τοσοῦτον εἶναι γαμβρῷ δυνάσθαι, ὅσον πατέρα γνήσιον παρ' υἱῷ. Καίτοι πατέρες ἰδιῶται, [f] ἡγεμόνων ἐν ἀρχαῖς μεγάλαις καὶ ἐξουσίαις υἱῶν, ὑποτέλλουσιν, ἀγαπητῶς φερόμενοι τὰ δεύτερεῖα. Ὁ δὲ ἠλίθιος, καὶ πενθερὸς ὢν ἔτι, τὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν προσπεριεργάζετο· μὴ ζωιεὶς ὅτι τῷ θανάτῳ τῆς θυγατρὸς ζυνεθήκη καὶ ἡ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκειότης. Δεσμὸς γὰρ εἶχον ἐθνείων αἱ ἐπιγαμίαι, τιμὴν ἀλλοτριότητος εἰς οἰκειότητα [g] μεταγουσαι, ἣ λυθείσης λέλυτο καὶ τὰ τῆς κοινωνίας· καὶ μάλιστα ὅταν ἀνεπανορθώτῳ πράγματι λυθῇ, τελευτῇ τῆς εἰς ἀλλότριον εἶκον δεδομένης ἐπὶ γάμῳ. Τοιαῦτα ἐν ἅπασι τοῖς ζυλλόγοις ἐθρύλλουν, [h] πλεῖον διδόντες μέρος τῷ μὴ βούλεσθαι δοκεῖν ὠμὸν εἶναι τὸ αὐτοκράτορα. Χρηστότητα γὰρ καὶ φιλανθρωπίαν ἐλπίσαντες, ὅσῳ παρ' ὀδεινὶ τῶν προτέρων, ἐνιδρύσαι τῇ Γαΐου ψυχῇ, ζῴδεσι ἄπιστον ἐνόμιζον, εἰ πεπαύτῳ καὶ ὅτως ἀθρόαν ἐνδείξεται μεταβολὴν πρὸς τἀναντία.

Καλλιεργασάμενος δὲ τρεῖς τὰς εἰρημένας ἄθλας ἐκ τριῶν τῶν ἀναγκαιοτάτων μερῶν, δυοῖν μὲν ἐκ τοῦ παλατίου, τοῦ τε βουλευτικοῦ καὶ τοῦ τοῦ ἱππικοῦ τάξεως, τρίτου δὲ τοῦ ζυγγενικοῦ· καὶ ὑπολαβὼν τοὺς ἰσχυροτάτους καὶ δυνατωτάτους [i] πεπεισμένους· καταπληκτικώτατον δέος ἐνεργάσατο πᾶσι ἄλλοις ἅπασι· μάλιστα μὲν τοῦ Σιλανοῦ ζῆν, πᾶσι βουλευταῖς (ἦν γὰρ ὀδεινὸς τῶν ἐν ζυγκλήτῳ δεύτερος) μάλιστα δὲ τοῦ Μάκρωνος, πᾶσι ἱππικοῖς· εἶχε γὰρ χεῖρά τινος ἡγεμόνων ἐγηγμένην, φερόμενος τὰ πρωτεῖα τῆς τιμῆς καὶ δόξης· μάλιστα δὲ τοῦ τοῦ ἀνεψιοῦ καὶ ζυγκληρονόμου, πᾶσι ἀφ' αἵματος ἅπασιν· οὐκ ἔτι ἠξίου μένειν ἐν πᾶσι τοῦ ἀνθρωπίνης φύσεως ὁρίοις, ἀλλ' ὑπερέκυπτε παιδάζων [k] θεὸς νομίζεσθαι. Καὶ ἐν ἀρχῇ ταύτης τῆς παραπληξίας, φασὶν αὐτὸν χρήσασθαι πιθάνῳ λογισμῷ· καθάπερ οἱ τῶν ἄλλων ζώων ἀγελάρχαι, βουκόλοι καὶ αἰπόλοι καὶ νομεῖς, ὅτε βόες εἰσὶν ὅτε αἶγες ὅτε ἄρνες, ἀλλ' ἄνθρωποι

[d] κολακείαν] Sic MSS. Editi κολακείας.

[e] δὲ] Reſtitui ex MSS.

[f] ἡγεμόνων] Sic MSS. Med. & Aug. pro ἡγεμόνων. Item ἐξουσίαις. Editi ἑστίαις.

[g] μεταγουσαι] Sic ſcribo pro συνάγων, ex Antonio, à quo citantur hæc, ſerm. 64. περὶ αἰγυπτίας.

[h] πλεῖον] MSS. Vat. Aug. & Coll. Nov. πλεῖστον αὐτοὶ τοῖς λόγοις εἰσφέρειν δοκοῦντες μέρος, idque rectius, ut opinor. Forſan vero pro μέρος, melius ſcribitur βάρος. Mox deeſt δοκεῖν in MSS. & certè abeſſe poteſt, ſenſu ſalvo.

[i] πεπεισμένους] Sic MSS. pro πεπεγχημένους; mox ſcribitur ἐνεργάσατο. Melius, ut opinor, ἐνεργάσατο.

[k] θεὸς] Joſeph. Ant. lib. xviii. c. 8. περιὼν ἡ ἐξαπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου φρονεῖν, ἐπὶ μεγίστοις τὴν ἀρχὴν ἐπαίρεσθαι ἐποιεῖτο. Idem de Bello Jud. lib. ii. cap. 10. Γαΐου ἡ Καίσαρος ἐπὶ τοσοῦτον ἐξύβρισεν ὡς τὸ τέλος, ὥστε θεὸν μὲ αὐτὸν ἐ δοκεῖν, καὶ βούλεσθαι καλεῖσθαι. Vide Dion Caſſ. hiſt. lib. lix. p. 660. Sueton. in Calig. c. 22. & Vitell. c. 2.

ἄνθρωποι

Τάχα πω νῦν φήσουσι, τότε οὐκ ἂν εἰπόντες· τὰς γὰ τ̃ ἀρχόντων [c] ὑπερβολὰς μᾶλλον, ἢ τὰς ἀρχὰς αὐτὰς εἰώθασι θεραπεύειν· ὅτι μείζους μὲ οἱ αὐτοκράτορες τὰ ἀξιώματα ϗ τὰς τύχας τ̃ Πτολεμαίων εἰσί· μειζόνων ἢ ϗ τιμῶν τυγχάνειν ὀφείλουσιν. Εἶτα, ὦ πάντων ἀνθρώπων, ἵνα μηδὲν ἀναγκαθῶ βλάσφημον εἰπεῖν, ἀνηθέσταλοι, διὰ τί ἢ πρὸ τ̃ Γαΐου Τιβέριον, ὃς κἀκείνῳ τ̃ ἡγεμονίας αἴτιος γέγονε, τρία πρὸς πᾶς ἔτεσι ἔτη γῆς ϗ θαλάττης ἀναβάμενον τὸ κράτος, ϗ μηδὲν [d] σπέρμα πολέμου, μήτε ϗ᾽ τοῦ Ἑλλάδα μήτε ϗ᾽ τοῦ Βάρβαρον ὑποφυόμενον ἐάσαντα· τοῦ ἢ εἰρήνην ϗ τὰ τ̃ εἰρήνης ἀγαθὰ παρεχόμενον ἄχρι τ̃ τοῦ βίου τελευτῆς ἀφθόνῳ ϗ πλουσίῳ χειρὶ καὶ γνώμῃ, τ̃ ὁμοίας τιμῆς οὐκ ἠξιώσατε; Τὸ γῆρας ἦν ἐλάττων; ἀλλ᾽ ἀνηνέσταται κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς. Ἀλλὰ τοῦ παιδείαν; ϗ τίς ἦν φρονιμώτερος ἢ [e] λογιώτερος ἐκείνου, τ̃ κατ᾽ αὐτὸν ἀκμασάντων. Ἀλλὰ τοῦ ἡλικίαν; ϗ ποῖος μᾶλλον ἢ βασιλέων ἢ αὐτοκρατόρων ἀνήρως· ϗ μὰ ἀλλὰ ϗ ἔτι νέος ὤν, ὁ πρεσβύτης ἐλέγετο δι᾽ αἰδῶ [f] τοῦ πρὸ τοῦ αἰσχύνειαν. Οὗτος ὢν ὁ πιστὸς ϗ στὸς [g] ὑμῖν παρώφθη ϗ παρεσύρη. Τί δε; ὁ τοῦ ἀνθρωπίνου φύσιν ὑπερβαλὼν ἐν ἁπάσαις τ̃ ἀρεταῖς, ὁ διὰ μέγεθος [h] ἡγεμονίας αὐτοκρατὴς ὑμῶ ϗ καλοκαγαθίας πρῶτος ὀνομασθεὶς Σεβαστὸς, ϗ διαδοχῇ γένους, ὥσπέρ τι κλήρου μέρος, τοῦ ἐπωνυμίαν λαῶν, ἀλλ᾽ αὐτὸς γνόμενος ἀρχὴ Σεβασμῶ ϗ πίστεια· ὁ πᾶς μὲ πρόσωπα τεταραγμένοις καὶ ζυγκεχυμένοις ἐπίσας, [i] ὅτε ἔθνος παρῆλθεν ἐπὶ τοῦ τ̃ κοινῶν ἐπιμέλειαν. Νῆσοι γὰ πρὸς ἠπείρους, ϗ ἤπειροι πρὸς νήσους πρὸ πρωτείων ἀντεφιλονίκουν, ἡγεμόνας ἔχουσαι καὶ προαγωνιστὰς Ῥωμαίων τοὺς ἐν τέλει δοκιμωτάτους· ϗ αὖθις τὰ μεγάλα τμήματα τ̃ οἰκουμένης, Ἀσία πρὸς Εὐρώπην, ϗ Εὐρώπη πρὸς Ἀσίαν, ἠμιλλῶντο πρὸ κράτους ἀρχῆς· τ̃ Εὐρωπαίων ϗ Ἀσιανῶν ἐθνῶν ὸπὸ ἐσχάτων γῆς ἀνασάντων, καὶ βαρεῖς πολέ-

p. 1031.

[b] οἳ] Melius οἷς.

[c] ὑπερβολὰς] Citantur hæc à Johan. Damaſcen. Parall. ſacr. p. 564. Vide etiam ſupra p. 997.

[d] σπέρμα] Forſan ζώπυρον vel ἐμπύρευμα, ob ſequens, ὑποφυόμενον. Vide Noſtrum lib. de Septenario p. 1179 & 1194.

[e] λογιώτερος] Sic MSS. Med. & Coll. Nov. pro λογικώτερος. Vox iſta quam familiaris Philoni. Infra p. 1035. σωμενους

[f] τοῦ πρὸ τ̃ αἰσχύνειαν] Melius forſan, τ̃ πρέπουσης αἰσχύνης.

[g] ὑμῖν] MSS. Vat. & Coll. Nov. αὐτοῖς, ſed nil muto. Alloquitur enim Alexandrinos.

[h] ἡγεμονίας] Ita MSS. Vat. Med. & Coll. Nov. pro δαιμονίας. Quibus & loci contextus ſuffragatur. Quorum etiam fide repono, κλήρου μέρος. Editi κληρονόμος.

[i] ὅτε ἔθνος] Quidni verbis tranſpoſitis ἔθνος ὅτε, &c.

μας ἀνθεπιφερόντων ἀφ' πάσης γῆς καὶ θαλάττης [k] πεζομαχίας, ὡς ζμικρῷ σύμπαν τὸ ἀνθρώπων γένος ἀναλωθὲν ἂν ἀλληλοκτονίαις εἰς τὸ παντελὲς ἀφανισθῆναι, εἰ μὴ δι' ἕνα ἄνδρα καὶ ἡγεμόνα τὸν Σεβαστὸν [l] ἦκον ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὃν ἄξιον καλεῖν ἀλεξίκακον. Οὗτός ἐστι Καῖσαρ, ὁ τὰς καταῤῥάξαντας πανταχόθι χειμῶνας ὑδιάστας· ὁ τὰς κοινὰς νόσους Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἰασάμενος, αἳ κατέσχησαν μὲν ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ἑῴων, ἔδραμον δὲ καὶ μέχρι δύσεως καὶ [m] ἄρκτου, [n] ὡς τὰ μεθόρια χωρία καὶ πελάγη καταπερᾶσαι τὸ ἀβλήτων. Οὗτός ἐστιν ὁ τὰ δεσμὰ εἰς κατέζωκλο καὶ ἐπεπίεστο ἡ οἰκουμένη ἀφαλύσας, ἀ μόνον ἀνεὶς· ὅτι ὁ καὶ τὰς φανερὰς καὶ ἀφανεῖς πολέμους μὲν τὰς ἐκ λῃστῶν ἐπιθέσεις ἀνελών· ὅτι ὁ τῷ θάλατταν πειρατικῶν μὲν σκαφῶν κενῶι ἐργασάμενος, φορτίδων δὲ πληρώσας· ὅτι ὁ τὰς [o] πόλεις ἁπάσας ἐς ἐλευθερίαν ἐξελόμενος· ὁ τῷ ταξίαν εἰς τάξιν ἀγαγών, ὁ τὰ ἄμικτα ἔθνη καὶ ἀπημόνητα πάντα ἡμερώσας καὶ ἁρμοσάμενος· ὁ τῷ μὲ Ἑλλάδα Ἕλλασι πολλαῖς ἐπιδεξάμενος, τῷ δὲ Βάρβαρον ἐν τοῖς ἀναισχυντοτάτοις τρόποις ἀφελληνίσας· ὁ εἰρηνοφύλαξ, ὁ δικαιονόμος τῶν ἁπανταχοῦ ἑκάστοις, ὁ τὰς χάριτας ἀταμιεύτως εἰς μέσον προθείς· ὁ μηδὲν ἀποκρυψάμενος ἀγαθὸν ἢ καλὸν ἐν ἅπαντι τῷ ἑαυτοῦ βίῳ. Τοῦτον δὲν τοσοῦτον ἀπεργάζεται ἐν τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἐτεσιν, ἃς ἐπεκράτησεν Αἰγύπτου, παρεκαλύψαντο· μηδὲν ἐν Προσευχαῖς ἐπὶ αὐτοῦ, μὴ ἄγαλμα, μὴ ξόανον, μὴ γραφῇ ἱδρυσάμενοι. Καὶ μὴν εἴ τινι καιναὶς καὶ ἐξαιρέτους ἔδει ψηφίζεσθαι τιμὰς, ἐκείνῳ προσῆκον ἦν, ἃ μέντοι ὅτι τοῦ Σεβαστοῦ γένους ἀρχή τις ἐγένετο καὶ πηγή· ἃδε ὅτι πρῶτος καὶ μέγιστος [p] καὶ κοινὸς εὐεργέτης, ἀντὶ πολυαρχίας ἑνὶ κυβερνήτῃ πᾶσιν τὸ κοινὸν σκάφος εἰακονομεῖν, ἑαυτῷ, θαυμασίῳ τὴν ἡγεμονικὴν ἐπιστήμην. (Τὸ γὰρ, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, λέλεκται δεόντως· ἐπειδὴ πολυτρόπων αἰτίαι κακῶν αἱ πολυψηφίαι) ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσολυμπίους αὐτῷ τιμὰς ἐψηφίσατο· καὶ [q] μαρτυρεῖσι καὶ ναοὶ, προπύλαια, προπεμπτήρια, στοαὶ, ὅσε ὅσαι τῶν πόλεων, ἢ νέαι ἢ πάλαιαι, ἔργα φέρουσι μεγαλοπρεπῆ, τῷ κάλλει καὶ μεγέθει τῶν Καισαρείων παραπλησίως, καὶ μάλιστα τὴν ἡμετέραν Ἀλεξάνδρειαν. [r] Οὐδὲν γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τέμενος, οἷον τὸ λεγόμενον Σεβάστιον, ἐπιβατηρίου Καίσαρος νεὼς, ἀνίκρυ τῶν ὁρμιστάτων λιμένων μετέωρος ἵδρυται), μέγιστος καὶ ἐπιφανέστατος, καὶ

terras, præliis terreſtribus & navalibus, ut pene univerſum hominum genus abſumptum per cædes mutuas, penitus extinctum fuiſſet, ni res in meliorem ſtatum rediiſſent per unum virum & principem, dignum *alexicaci* ſeu averruncatoris cognomine. Hic eſt Cæſar ille, qui procellas undequaque ingentes ſerenavit, qui morbis publicis tum Græcorum tum Barbarorum attulit remedia, qui exorti ab oriente ac meridie perrurrerunt uſque occidentem & ſeptentriones, ita ut intermediæ terræ cum mari acerbiſſima perpeterentur. Hic eſt ille qui vincula quibus alligatur & oppreſſus eſt Orbis, non ſolum laxavit, verum & ſolvit: hic eſt ille qui & aperta bella & occulta ex latronum graſſatu ſuſtulit: hic eſt ille qui mare vacuatum navibus piraticis reddidit, plenum onerariis: hic civitates univerſas in libertatem vindicavit, confuſionem in ordinem reducens, gentes feras & abhorrentes à cæterarum commercio, formans ad manſuetudinem ſocietatemque: hic Græcias plures fecit, tractus vero Barbarorum opportuniſſimos moribus Græcis expolivit. Hic pacis cuſtos, juſtorum cuivis, æquus diſtributor, gratiarum profuſus largitor, qui nihil bonum vel præclarum per totum vitæ tempus ſecrevit. Hujus talis tantique benefactoris, per quadraginta tres annos quibus Ægyptum tenuit, honores neglexerunt, in proſeuchis nulla ejus poſita ſtatua vel effigie vel inſcriptione. Atqui ſi qui novi eximiique honores debebantur, illi conveniebant maxime, non ſolum ut initio & fonti Auguſtæ familiæ, neque quod primus & maximus & communis fuerit benefactor, & ſublato multorum principatu uni ſolum navem publicam tradidit moderandam, ſcilicet ſibi gubernandi ſcientiſſimo: (merito enim dictum eſt illud, *Multos imperitare malum eſt:* quia multifariorum malorum cauſa ſunt regimina multiplicia) verum etiam quia totus orbis cœleſtes ei honores decreverat; cujus fidem faciunt templa, fana, luci, porticus, ita ut quæcunque urbes, vel novæ vel antiquæ, opera oſtentant magnifica, elegantia & amplitudine ædium Cæſarianarum ſuperari, præſertim in noſtra Alexandria. Nullum enim eſt conferendum cum eo quod dicitur Sebaſtion, templum Cæſaris navigantium præſidis, ſitum è regione ſtationis portuoſiſſimæ,

p. 1014.

[k] πεζομαχίας] Videtur deeſſe, καὶ ναυμαχίας.

[l] ἦκον ἐπὶ τὸ βέλτιον] Reſtitui hæc ex MSS. Vat. Med & Coll. Nov. erantque omnino ad loci ſenſum neceſſaria. In Editis ſcriptum Σεβαστὸν οἶκον, ὃν nullo ſanè ſenſu.

[m] ἄρκτου] Editi πρὸς ἄρκτον, ſed deleo πρὸς, ut redundans, fide Codicum.

[n] ὡς] Reſtitui ex MSS. Vat. Med. & Coll. Nov. è quibus etiam pro καταπιέσασι in Editis, repoſui καταπερᾶσαι.

[o] πόλεις] Quibus etiam ſuffragatur Dion Hiſt. lib. lii. p. 504. τοῦ δὲ λοιποῦ, οὐκ ἐμνημόνευσα, ὅτι τὰ μὲ ὕστερον αὐτοῦ προσεκτήθη, τὰ δὲ εἰ καὶ τίτε ἤδη ἐπεχείρησε, ἀλλ' ὅτοι γε καὶ τῶν τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἤρξεν, ἀλλ' ἡ αὐτόνομα ἀφῆκτο, ἢ καὶ βασιλείας τισὶν ἐπετέτραπτο.

[p] καὶ] Reſtitui ex MSS.

[q] μαρτυρεῖσι ναοὶ] Reſtitui ex MSS. Vat. Aug. & Coll. Nov. Item in ſequentibus στοαὶ, ὅστι ὅσαι—μεγαλοπρεπῆ, τῷ κάλλει, &c. In Editis omnia mirè turbata & mutilata, ſic enim ibi ſcriptum, καὶ ναὸς, προπύλαια, στοὰς, ὡς ὅσα τῶν πόλεων ἢ νέα ἢ πάλαια, τῷ κάλλει. Ex eiſdem pro Καισαρείων ſcripſi Καισαρέων.

[r] ἤδη] Sic MS. Med. pro ἤδι.

ſublime,

ſublime, ingens ac conſpicuum, quale nuſquam aliubi, plenum donariis, pictis tabulis & ſtatuis, nec non auro argentoque, circumquaque ornatum; fanum ſpacioſum porticibus, bibliothecis, conclavibus, lucis, veſtibulis, atriis, ambulacris, omnibus ad ſumptuoſiſſimum ornatum compoſitis, ſpes ſalutaris ſolventium & appellentium. Tales igitur occaſiones nacti, atque inſuper conſentientes quaquaverſum diffitos neque tantillum novi circa Proſeuchas moliti ſunt, ſed ſecundum ritus quoſque ſuos conſervabant. Anne vero officia aliqua Cæſari debita omiſerunt? Id nemo ſanus dixerit. Cur igitur prætermiſerunt? Ego vero dicam, nihil quidem ſubticens. Norunt ejus curam ac diligentiam, qui non minus ſollicitus eſſet de confirmandis ſingularum provinciarum ritibus quàm de Romanis: acciperetque hujuſmodi honores, non ad evertendas aliorum ceremonias ſeipſum in numen erigens, ſed imperii tanti amplitudinem ſecutus, quæ hiſce artibus amplificari eſt ſolita. Ipſum vero honoribus immodicis nunquam tumeſcere & inflari, documento probatiſſimo ſit, quòd nunquam ſuſtinuit ſe appellari Deum vel Dominum, averſatus hanc adulationem, nec diſſimulans probari ſibi Judæos quos abominari noſſet talia. Quomodo ergo probavit? Magnam partem urbis Romæ trans Tiberim, non ignoravit teneri & habitari à Judæis, quorum plerique erant libertini: quippe qui belli jure in poteſtatem redacti, ab heris ſuis manumiſſi fuerant, permiſſi ritu majorum vivere. Norat eſſe iis Proſeuchas in quibus convenirent, ſeptenis maximè diebus, quo tempore publicè inſtituuntur de avitâ ſapientiâ. Sciebat eos pecuniam ſacram ex primitiis colligere, eamque ad Hieroſolyma mittere per homines qui victimas ibi deducerent. Ve-

εἶος ἐχ ἑτέρωθι, καὶ ἁπλεως ἀναθημάτων, [f] ἐν γεγραφαῖς καὶ ἀνδριάσι, & ἀργύρῳ καὶ χρύσῳ, περιβεβλημμένῳ· ἐν κύκλῳ τέμενος ἅπαν εὐρύταπον, στοαῖς, βιβλιοθήκαις, ἀνδρῶσιν, ἄλσεσι, προπυλαίοις, ἐυρυχωρίαις, ὑπαίθροις, ἅπασι τοῖς εἰς πολυτελέσταπον κόσμον [g] ἡσκημμένον, ἐλπὶς καὶ ἀναγομένοις καὶ καταπλέουσι ζωτήριον. Ἔχοντες δὴ τοιαύτας ἀφορμὰς καὶ τὰς παλαιὰς πάντας ὁμογνώμονας, ὅτι περὶ τὰς προσευχὰς [h] ἐνιωτίεσαν, καθ' ἕκαστον νόμιμον ἐφύλαξαν· εἶτα τινα ζεβασμὸν παρέλιπον τῶν ὀφειλομένων Καίσαρι; Καὶ τίς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι, μᾶλλον δὲ τί ἂν [i] ἐξέρησαν; Ἐγὼ φράσω μηδὲν ὑποσειλάμενος· ἤδεισαν αὐτοῦ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ ὅτι τοσαύτην ποιεῖται τὴν βεβαιώσεως τῶν παρ' ἑκάστοις παλαιῶν, ὅσων καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν, καὶ ὅτι δέχεται τὰς τιμὰς οὐκ ἐπὶ καθαιρέσει τῶν παρ' ἑτέροις νομίμων, [k] τυφλοπλαγῶν ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγέθει τῆς τοσαύτης ἡγεμονίας ἑπόμενον, ἢ μᾶλλον τῶν πιστῶν πέφυκε ζηλωποιεῖσθαι. Τὰ δὴ μὴ τῶν ὑπερόγκοις τιμαῖς [l] δεθῆναι καὶ φυσηθῆναι πῶς πίστις; ἐναργεστάτη, τὸ [m] μὴ δεσπότου μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσεπεῖν· ἀλλὰ κἂν εἰ λέγοιτό τις, δυσχεραίνειν, καὶ τὸ τοὺς Ἰουδαίους ἀποδέχεσθαι, ὡς ἀχρείως ἤδει πάντα ἀφοσιωμένους τὰ τοιαῦτα. Πῶς ἂν ἀπεδέχετο; Τῷ πέρᾳ τοῦ Τιβέριος πολλῷ μεγάλῳ τῆς Ῥώμης ἀποτομῷ, ἣν οὐκ ἠγνόει καταλαμβανόμενον καὶ οἰκουμένῳ πρὸς Ἰουδαίων. Ῥωμαῖοι δὴ ἦσαν οἱ πλείους [n] ἀπελευθερωθέντες; αἰχμάλωτοι γὰρ ἀχθέντες εἰς Ἰταλίαν, ὑπὸ τῶν κτησαμένων ἠλευθερώθησαν, ἀδὲν τῶν παλαίων ἐθῶν ἀπαχαράξαι βιαθέντες. Ἠπίστατο δὲ καὶ Προσευχὰς ἔχοντας καὶ ζωιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιστα τῶν ἱερῶν Ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν. Ἠπίστατο καὶ χρήματα ζωαγαγόντας ἀπὸ τῶν ἀπαρχῶν ἱερὰ, καὶ πέμποντας εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ τῶν τὰς θυσίας ἀναξόντων. Ἀλλ' [o] ὁ μὴν

[f] ἐν γεγραφαῖς] Melius forſan ἀναγεγραφαῖς.

[g] ἡσκημένον] Nonnulli Codices ἠσκημένοις, ſcil. ἅπασι, & ſic forſan rectius.

[h] ἐνιωτίεσαν, &] Reſtitui ex MSS. Vat. & Coll. Nov. Sic infra, ὅτε ἐνιωτίεσιν εἰς τὰς προσευχάς. Similiter p. 1016. τῶν περὶ τὰς προσευχὰς πολιτευμάτων. Eorum etiam fide pro ἢ ſcribo εἶτα.

[i] ἐξέρησαν] Melius forſan, litera una mutata, ὑξέρησαν. Vide dicta ad lib. de Flacco p. 991.

[k] τυφλοπλαγῶν] MSS. τυφοπλαγῶν, idque, ut videtur, melius ad ſenſum. Qui enim adeo ſibi divinos honores arripiunt, non tam cæcitate quam faſtu & inſania peccant. Philo quoque infra p. 1015. ὁ δὴ Γάϊος ἑαυτὸν ἐξεδίφωσεν, ὃ λέγων μόνον ἀλλ' ὁμοῦ καὶ ἔργῳ δείκνυσι. Vide Suid. v. τυφογέλωτος. Forſan ſimiliter emendandus Noſter ſupra lib. de Congreſſ. p. 426. & de Somniis p. 598.

[l] δεθῆναι] Melius omnino οἰδηθῆναι, ob ſequens φυσηθῆναι.

[m] μὴ δεσπότου μήτε θεὸν] MSS. μηδέποτε θεὸν. Utrobique male, ut opinor. Vel enim lapſus hiſtoria Philo, vel μηδέποτε δεσπότου reponendum. Domini quidem cognomen, recenti libertatis memoria, Octavius ſummo conſilio uſurpari vetuit. Sueton. in Auguſt. c. 53. *Domini appellationem ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit, &c. Divinos vero honores non adeo conſtanter rejecit.* Vide eundem lib. iv. c. 37. Tacit. Annal. i. 10. *Nihil Deorum honoribus relictum, cum ſe templis & effigie numinum ſed flamines & ſacerdotes coli vellet.* Dion Caſſ. lib. li. p. 458. τοῖς δὲ ξένοις (Ἕλλησι σφᾶς ἐπιτηδείσας) ἑαυτὴ τιμᾶν, τοῖς δὲ Ἀσιανοῖς οὐ Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς οὐ Νικομηδείᾳ τεμένισιν ἐπιτρέψει. —μεταλλάξασι μέντοι καὶταῦθα τοῖς ἐρθῶς αὐτοχρήσασιν, ἀλλά τι ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται), καὶ δὴ & ἡμῶν ποιοῦνται. Id tamen temperamentum Idem ſervatum docet ut per provincias quaſcunque, non itidem Romæ & per Italiam Deus haberi vellet. Sic etiam Horat. lib. ii. ep. 1.

*Præſenti tibi maturos largimur honores,*
*Jurandaſque tuas per nomen ponimus aras.*

Vide Spanhem. de Præſt. Num. 141.

[n] ἀπελευθερωθέντες] Similiter D. Lucas Act. Apoſtol. vi. 9. ἀνέστησαν δέ τινες τῆς ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λιγομένης Λιβερτίνων. Scilicet, cum quævis Gens Judaicæ fidei addicta ſuam haberet in ſancta urbe ſynagogam, erat etiam una quædam Romanis, quorum maxima pars Libertini, propria. Neque enim arridet commentum Jacobi Gothofredi ad Cod. Theod. lib. xvi. qui pro Λιβερτίνων reponi vult Λιβυςίνων apud D. Lucam. Quæ quidem emendatio ex hoc Philonis loco evertitur. Quin & multos Judæos ex ſorte libertinorum Romæ commoratos fuiſſe conſtat ex Tacit. Annal. ii. 85. *Actum & de ſacris Ægyptiis Judaiciſque pellendis, factumque patrum conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta queis idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur.* Vide Joſeph Antiqu. lib. xviii. c. 5. Suet. in Tiberio c. 36. & Grot. ad Act. Apoſtol. vi. 9.

[o] ὁ μὲν] Sic MSS. pro ὅμως.

ὅτε ἐξώκισε τ῀ Ῥώμης ἐκείνους, ὅτε τὴν Ῥωμαϊκὴν αὐτῶν ἀφείλετο πολιτείαν, ὅτι καὶ τ῀ Ἰουδαϊκῆς ἐφρόντιζεν· ὅτε ἐνωτέρισεν εἰς τὰς προσευχάς, ὅτε ἐκώλυσε ζωάγεσ῀ πρὸς τὰς τ῀ νόμων ὑφηγήσεις, ὅτε ἠναντιώθη τοῖς ἀπαρχομένοις· ἀλλ' ὅτως ὡσίωτο περὶ τὰ ἡμέτερα, ὥστε μονονοὺ πανοίκι῍ ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε· προσάξας καὶ δι' αἰῶν῍ ἀνάγεσ῀ θυσίας [d] ἐνδελεχεῖς ὁλοκαύτους καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τ῀ ἰδίων προσόδων, ἀπαρχὴν τῷ ὑψίστῳ θεῷ· αἳ ℰ μέχρι [e] τ῀ νῦν ὀπιτελοῦν῍, καὶ εἰς ἅπαν ὀπιτελεσθήσον῍· μνήμα τρόπων ὄντως αὐτοκρατορικῶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν τ῀ μνησταίοις τ῀ παλαιόν῍ Δημοσαῖς, δεκάμηνον ἢ σῖτον ἐν μέρει πάντας τὸ δῆμον λαμβάνον῍, ἠδέσθη τὰς Ἰουδαίους ἠλάττωσε τῆς χάριτ῍· ἀλλ' εἰ καὶ ζωίδη τ῀ ἱερᾶς ἑβδόμης ἐνεστώσης θυσίας τὴν Δημοσίαν, ὅτε ἔτε λαμβάνειν ἔτε διδόναι, ἢ ζωόλως τι πράττειν τ῀ καθ' βίον, καὶ μάλιστα τ῀ πολιτικὴν [f] ἐφῆται, προστέτακτο πᾶσι Δημόσιοις ταμιεύειν τοῖς Ἰουδαίοις εἰς τὴν ὑστεραίαν τὴν κοινὴν φιλανθρωπίαν.

rumtamen nec eos Roma expulit, neque civitate Romana mulctavit, quoniam etiam Judaica ei fuit curæ: nec circa Proſeuchas quicquam novavit, nec cœtus in quibus leges diſcerentur fieri vetuit, nec primitias colligentibus eſt adverſatus: ſed tam ſancte noſtra ſacra habuit, ut ipſe cum penè totâ familiâ templum noſtrum donariis ſumptuoſis exornaret; inſuper edicto jubens, juges in perpetuum quotidie mactari victimas ſuis ſumptibus, Deo votas altiſſimo: quæ ſacra in hodiernum peraguntur, durabuntque perpetuo: indicium morum verè Imperatoriorum. Quinetiam in menſtruis patriæ diſtributionibus, cum quivis viritim è plebe pecuniam frumentumque acciperet, ſemper Judæorum rationem haberi voluit; quod ſi diſtributio iſta in ſabbatum incideret, quando noſtris nec dare licet nec accipere, nec operis quicquam facere, præſertim quæſtûs gratiâ, jubebantur diribitores Judæis in poſterum diem reponere publicum beneficium.

Τοιγαροῦν οἱ πανταχῆ πάντες, εἰ καὶ φύσ῀ διέκειντο πρὸς Ἰουδαίους οὐκ ὀλίγως, ὀλιγῶς εἶχον ὅτι καθαιρέσ῀ των῀ τ῀ Ἰουδαϊκῶν νομίμων προσάψασθ῀· καὶ ὅτι Τιβερίῳ μόνοι τ῀ αὐτὸν τρόπον, καίτοι τ῀ ἐν Ἰταλίᾳ ὠδεκινηθέντων, ἡνίκα Σηιανὸς [g] ἐσκοπεῖτο τὴν ὅλην θέσιν. Ἔγνω γὰρ, ὀλίγως [h] ἔγνω, μὴ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, ὅτι τὰ καταγορηθέντα τ῀ οἰκητόρων τὴν Ῥώμην Ἰουδαίων, ψευδεῖς ἦσαν Δημοσίαι, πλάσματα Σηιανοῦ τὸ ἔθνος ἀναρπάσαι θέλοντ῀· ὅπερ ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἤδει βιαίοις ἀνοσίοις καὶ πράξεσιν ἀντιβησόμενον, ὑπὲρ τοῦ ὠδεπανδηθῆναι κινδυνεύσαντ῀ αὐτοκράτορ῀. Καὶ πᾶσι πανταχόσε χειροτονηθεῖσι ὑπάρχοις ἐπέσκηψε, παρηγορῆσαι μὲ τὰς κ῀ πόλεις τ῀ ἀπὸ τοῦ ἔθνους, [i] ὡς οὐκ ὅτι πάντας προβάσης τῆς ἐπεξελεύσεως, ἀλλ' ὅτι μόνους τὰς αἰτίας (ὀλίγοι ℌ ἦσαν) κινῆσαι ℌ μηδὲν τ῀ ἐξ ἔθους, ἀλλὰ καὶ ὠδεκαλαθήκλως ἔχειν, τούς τε ἄνδρας ὡς εἰρηνικοὺς τὰς φύσεις, καὶ τὰ νόμιμα ὡς ἀλεύφονα πρὸς εὐσάθειαν.

Quapropter omnes ubique gentes, quamvis ſuopte ingenio Judæis parum propitiæ, verebantur tamen minimum quoddam juſtorum Judaïcorum attingere ad ejus everſionem. Idque etiam eadem ratione obſervatum ſub Tiberio: quanquam rebus tum in Italia commotis, cum Sejanus nobis internecionem moliretur. Cognovit enim ille mox poſt iſtius necem, meras calumnias fuiſſe delata de Judæis urbem incolentibus crimina, conficta à Sejano, ut gentem è medio tolleret, quam norat vel ſolam vel præcipue repugnaturam conatibus impiis, quandocunque Imperatoris ſalus eſſet in diſcrimen adducta. Proinde mandavit omnibus provinciarum præſidibus, ut oppidatim huic genti parcerent; ut inſectatione iſta non in omnes procedente, ſed in ſolos conſcios (erant autem pauci) cæterum de ritibus eorum nihil novarent, ſed commendatos haberent, tum viros ipſos ut pacis amantiſſimos, tum eorum leges, ut conferentes ad tranquillitatem publicam.

Ὁ ℌ Γάϊος ἑαυτὸν ἐξετύφωσεν, ὃ λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰόμενος εἶναι θεός· εἶτα εὑρεῖν οὐδένας ἔτε Ἑλλήνων ἔτε Βαρβάρων ὀπιτηδειοτέρους Ἀλεξανδρέων, εἰς τὴν τ῀ ἀμέτρου καὶ ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνου ὀπιθυμίας βεβαίωσιν. Δεινοὶ γάρ εἰσιν [k] τὰς κολακείας καὶ γοητείας ℰ ὑποκρίσεις, παρεσκευασμένοι μὲ θῶπας λόγους, ἀνευ-

At Caius ſic faſtu inflatus eſt, ut ſe Deum non jactaret tantum ſed & crederet: nec ullos invenit Græcos aut Barbaros magis idoneos quam Alexandrinos ad ſtabiliendum votum tam immodicum & ſupra naturam humanam poſitum. Sunt enim magni præſtigiarum, aſſentationum, ſimulationumque artifices; & ſemper in promptu

[d] ἐνδελιχῆς] Sic MSS. Vat. & Med. pro ἐντελεχῆς. Sic paſſim apud Græcos bibliorum interpretes appellatur Sacrificium juge, θυσία ἐνδελιχισμοῦ. Vide Exod. xxix 42. Num. xxviii. 6. Dan. xi. 31. Unde & Suid. v. ἐνδελιχισμὸς, ἡ συνεχὴς θυσία καθημερινή, &c. Vide Heſych. v. ἐνδελιχῆς.

[e] τ῀] Reſtitui ex MSS.

[f] ἐφῆται] Melius ἐφίεται.

[g] ἐσκοπεῖτο] Vide ſupra p. 965. & confer cum Sueton. lib iii. cap. 36. Tacit. Annal. lib. ii. c. 85.

[h] ἔγνω] Reſtitui ex MS. Coll. Nov.

[i] ὡς, οὐκ—ἐπεξελεύσεως] Hæc reſtitui ex MSS. ſuntque ad ſenſum prorſus neceſſaria.

[k] τὰς κολακείας] Deeſſe videtur πρὸς vel περὶ.

verba habent adulatoria, ſoluto & effreni ore ad omnia turbanda faciles. Dei nomen tanti faciunt religioſi homines, ut & ibes & venenatas aſpides indigenas multaſque alias feras immaniſſimas *appellatione* iſta dignentur. Itaque cum ſint appellationum ad Deum pertinentium prodigi, decipiunt inſipientes & imperitos impietatis Ægyptiacæ: ſed deprehenduntur ab his qui norunt eorum ſtulticiam vel potius audaciam nefariam. Id quod Caius neſciens, putabat ab Alexandrinis Deum ſe credi ſerio, quandoquidem non diſſimulanter ſed diſerte utebantur omnibus acclamationibus uſque ad nauſeam, quibus alia ſolent venerari numina. Præterea novam illam Proſeuchis illatam injuriam, exiſtimabat à pura conſcientia & ſincera in ipſum veneratione profectam: partim quotidiana acta tranſmiſſa ſibi ab Alexandria reſpiciens: (erant enim iſta jucundiſſima legendi materia apud ipſum, ita ut opera aliorum ſcriptorum & poetarum, cum horum venuſtate collata, inſulſiſſima haberentur.) Partim propter quoſdam domeſticos, quibus cum ipſo illudere & conviciari *noſtrates* ſolenne.

Horum plerique erant Ægyptii, male frugi mancipia, quorum in animis aſpidum & crocodilorum patriorum venenum & rabies altius inſederant. Quorum chori, totius Ægyptiaci ſodalicii, ceu ductor quidam erat Helicon, ſervus nequam & ſceleſtus, qui *artibus pravis* in palatium ſubrepſerat. Nam artes liberales guſtarat cura prioris heri, qui eum donarat Tiberio Cæſari. Et tunc quidem in nullo fuit pretio, quoniam Tiberius averſabatur elegantias juveniles; quippe qui jam tum adoleſcens ad gravitatem ſeveritatemque fuerat pronior. Sed poſtquam Illi defuncto Caius in principatum ſucceſſit, iſte novum herum ducem ſequens in omnes remiſſiones & qualeſcunque ſenſuum delectationes ſeſe relaxantem, ſic ſeipſum alloquitur: Nunc tuum tempus eſt, Helicon, excita teipſum: habes auſcultatorem & ſpectatorem egregium, cui te oſtentando approbes. Agili es ingenio: ſalibus & cavillis vales plurimum. Probe calles nugas, riſus, jocos, & ludicra. Tenes artes illiberales non minus quàm liberales. Adeſt etiam tibi non injucunda facundia; ſi quos igitur aculeos occultè pungentes jocis immiſceas, ut non riſum ſolum ſed & acerbitatem è malitiâ moveas, totum jam arripuiſti Dominum,

μθύοις ἢ σόμασι καὶ ἀχαλίνοις πάνλα φύρονλες. Θεῦ κλῆσις ἔτως ἐςὶ ζημιὸν παρ' αὐτοῖς, ὥςε καὶ ἴβεσι καὶ ἰοδόλοις ἄπασι καὶ ἐγχωρίοις, καὶ πόλλοις ἑτέροις τ ἐξηγεμμθύων [l] αὐτῆς θηρίων μεταδεδώκασιν. Ὥςε εἰκότως ἀταμιεύτοις χεώμθοι ταῖς εἰς θεὸν τεινθσαις προσηγορίαις, ἀπατῶσι μ τὰς ἐλιγόφρονας καὶ ἀπείρως τ Αἰγυπλιακῆς ἀθεότηλος, ἀλίσκον ἢ ὑπὸ τ ὀπισαμθύων τὶν πολλὴν αὐτῶν ἠλιθιότηλα, μᾶλλον ἢ [m] κ ἀσέβειαν. Ἧς ἄπειρος ὢν Γάϊος, ὑπελάμβανε τῷ ὄντι νομίζεσθ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι θεός· ἐπειδήπερ ὑ πλαγίως, ἀλλ' ἄντικρυς ἅπασιν ἐχρῶντο καλαχόρως πῖς ἐνόμασιν, ὅσα πῖς ἄλλοις ἐθνος ὑπερφημίζεσθ θεοῖς. Εἶτα κ τὶν πρὸς Προσθχὰς νεωτεροποιΐαν, ὑπὸ καθαρᾶς τ ζωνειδύλος κ τ εἰς αὐτὸν ἀκραιφνῆς τιμῆς ᾤετο γεγωνῆσθ· τῇ μ ταῖς ὑπομνηματικαῖς ἐφημερίσιν, ἃς ὑπὸ τ Ἀλεξανδρείας διεπέμποντό τινες, προσέχων (ἥδιςον [n] μ ἦν ἀνάγνωσμα τὰτο αὐτῷ, ὡς κ τὰ τ ἄλλων ζυγγραφέων καὶ ποιητῶν ἀηδέσαλα, ζυγκρίσει τ ἐν τύτοις χαίλτος, νομίζεσθ) τῇ ἢ κ δι' ἐνὸς οἰκέτας τὰς τωθάζονλας ἀεὶ κ χλευάζονλας ζυὼ αὐτῷ.

Τύτων ἦσαν οἱ πλείςς Αἰγύπλιοι, [o] πονηρᾶ σπέρματα, κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων τ ἐγχωρίων ἀναμεμαγμθνοι τ ἰὸν ἐμῷ κ θυμῷ ἐν ταῖς ψυχαῖς. Ἡγεμὼν ἢ οἷά τις ἦν χορῦ, τῦ Αἰγυπλιακῦ θιάσυ πάντ̀ς, Ἑλίκων, ἐπάρατον κ ἐξάγιςον ἀνδράποδον παρεισφθαρὲν εἰς τὸν Αὐτοκρατορικὴν οἰκίαν. Ἀπεγδύσατο γὰ τ ἐγκυκλίων κ φιλοτιμίαν τῦ προτέρυ δεσπότυ, ὃς αὐτὸν ἐδωρήσατο Τιβερίῳ Καίσαρι. Τότε μ ἂν ὠδεμιᾶς ἐτύγχανε προνομίας, ὅσα μεγαλιῶδη χαριεντισμάλα Τιβερίυ Δημητριακότος· ἐπειδὴ πρὸς τὸ ζημιότερόν τε κ αὐσηρότερον ἀεὶ ἐκ πρώτης ἡλικίας ὑπεκλινῶς εἶχεν. Ἐπεὶ ἢ Ὁ μ ἐτελεύτησε, Γάϊος ἢ τὴν ἡγεμονίαν διαδέξατο, νέῳ δεσπότῃ παρεπόμενος εἰς ἀνέσεις καὶ τρυφὴν τὴν ἀφ' πάσης αἰσθήσεως [p] ὑπερκαλοῦντι· σὸς, εἶπε, νῦν ὁ καιρός ἐςιν, Ἑλίκων· ἐπέγειρε ζαυτὸν, ἔχεις πρὸς ὑπόδειξιν ἀκροατὴν κ θεατὴν τ παίζων ἄριςον· [q] εὐθικὸς εἶ τὴν φύσιν· ζκώπλειν κ χαριεντίζεσθ δυνασαι μᾶλλον ἑτέρων· αἰθύρματα κ παιδιὰς ληρώδεις κ σπασισυρμάτους οἶδας· τῶν ἐγκυκλίων ἀκ ἦτλον πεπαίδευσαι τὰ ἀχόρδοτα· πρόσεσί σοι καὶ τὸ ςωμύλον σὐκ ἀτερπές· ἐὰν [r] ἄν τι κέντρον ἐγκαλαμίξῃς πῖς τωθασμοῖς ὑποκακοηθὲς, ὡς μὴ γέλωτα κινεῖν μόνον ἀλλὰ καὶ πικρίαν ἐκ τῦ [s] καχυπόνυ, τ ὅλον ἥρ-

melius.

[l] αὐτῆς θηρίων] Quidni θηρίων αὐτῆς?

[m] κ] Reſtitui ex MSS.

[n] μ] Reſtitui ex Cod. Med. Item κ poſt ὡς.

[o] πονηρὰ σπέρματα] Ex Contextu videtur reponi debere, θηρία. Sicut D. Paulus ex Epimenide, epiſt. ad Tit. cap. i. κακὰ θήρια, ad quem locum notat Grotius, θηρίον ab Æſchine de Demoſthene uſurpari.

[p] ὑπερκαλοῦντι] Nonnulli Codices ὑπερχαλῶντι, & ſic forſan

[q] εὐθικὸς] MSS. εὐθικὸς, ſed nil muto. Sæpius enim εὐθικὸς & εὐθεξία à Philone uſurpatur. Vide p. 307 & 1068. Similiter Clem. Alex. Strom. vii. 725. Item Caſaubon. ad Athenæum lib. xiii. c. 6.

[r] ἄν τι] Sic pro ἔτι. MSS. Aug. & Coll. Nov.

[s] καχυπόνυ] Melius forſan, κακόνυ. Heſych. v. κακὸς· (ſcribe κακόνος vel κακόνους) κακονοῦν.

παιας, ὁ Φυῶς Δημοσθένων πρὸς ἀπρόασιν τῶν μὴ χλεύης ἐπιτηδευμάτων. Ἀναπέπλα) γὰρ αὐτὸ, ὡς οἶδας, τὰ ὦτα, καὶ ἀνωρθίασαι πρὸς τὰς ἐπιτηδευτὰς τὸ βλασφημεῖν τῷ Συκοφαντῆι. Ὕλας δὴ μὴ ζήτει πλείονας, ἔχεις τὰς Ἰουδαίων καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν [t] καλαβολάς, αἷς ἐτράφης· ἐξ ὧν ἐπαίρων ἀνεδιδάχθης αὐτὰς, οὐ παρ' ἑνὸς ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆ γλωσσαλγεστάτῃ μέρει τῶν Ἀλεξανδρέων πόλεως. Ἐπίδειξαι τὰ μαθήματα.

Τούτοις τοῖς παραλόγοις καὶ ἐπαρατοῖς λογισμοῖς ἐπάρας καὶ ξυνταράξας ἑαυτὸν, ξωοῖχε ἐπὶ πλεῖστον τὸν Γάϊον, οὐ νύκτωρ οὐ μεθ' ἡμέραν ἀφιστάμενος, ἀλλὰ παντάχοῦ ξυμπαρὼν, τοῖς ἐρημίαις καὶ ἀναπαύλαις αὐτοῦ καταχρῆτο πρὸς τὰς κατὰ τοῦ ἔθνους αἰτίας, ἡδονὰς κινῶν τὰς ἀπὸ ξωμμάτων, ὁ πανουργότατος, ἵνα τιτρώσκωσιν αἱ ἀγκύλαι. Τὸν γὰρ ἐπ' εὐθείας κατήγορον ὄντε ὠμολόγει, ὄντε ὁμολογεῖν ἐδυνάτο· πλαγιάζων δὲ καὶ τεχνικώτερος καὶ βαρύτερος ἦν ἐχθρὸς, τὰ ἀπογεγραμμένων ἄντικρυς τὴν δυσμένειαν. Φασὶ δέ ὅτι καὶ τῶν Ἀλεξανδρέων οἱ πρέσβεις εὖ τοῦτο εἰδότες, ἀφανῶς ἐμεμίσθωντο αὐτὸν μεγάλοις μισθοῖς· οὐ μόνον χρημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ τιμαῖς ἐλπίδων, ἃς ὑπίσχνηται αὐτῷ παρέξειν σὺν εἰς μακρὰν, ἐπειδὰν ἀφίκηται Γάϊος εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ὁ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὀνειροπολῶν, ἐν ᾧ, παρόντος τοῦ δεσπότου καὶ ξυνὼν αὐτῷ ἡδύ τι τὸ οἰκημάτης· (οὐ γὰρ ἦν ἄδηλον ὅτι καὶ θεραπείαν Γαΐῳ ξυνεσκαλεῖτο τὸ δοκιμώτατον καὶ ὅσον τῶν πόλεων ὄψις ἐστὶν, ἀναγαὶ ὑπὸ πειράτων αὐτῶν) ὑπὸ τῆς μεγίστης καὶ ἐνδοξοτάτης πόλεως τιμηθήσεται, πάντα ὑπισχνεῖτο. Μέχρι μέν τινος τὴν ἐμφωλεύουσαν ἔνδον πολέμιον ἀγνοοῦντες, ἐφυλαττόμεθα τὰς ἔξω μόνας· ἐπεὶ δὲ ἠσθόμεθα, διηρευνώμενοι περιβλεπόμενοι πάσας ὁδοὺς, ἔπως δεησόμεθα μαλθάξαι καὶ τιθασεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, ἐξ ἅπαντος τρόπου καὶ τόπου βάλλοντα καὶ τοξεύοντα ἡμᾶς δύσκοπος. Συνεσφαίριζε γὰρ καὶ ξυγγυμνάζετο, καὶ ξυνελούετο, καὶ ξυνηρίστα, καὶ μέλλοντι κοιμᾶσθαι παρῆν Γαΐῳ, τὴν τοῦ καταικοιμιστὴν καὶ κατ' οἰκίαν ἀρχισωματοφύλακα τεταγμένον τάξιν, ὅση μηδενὶ προσῆν ἄλλῳ· ὡς μόνος ἔχειν εὐκαιρήσας καὶ σχολάσας ἀκοὰς Αὐτοκράτορος, τὰς ἔξω διαφειμένας θορύβων εἰς ἀκρόασιν ὧν μάλιστα ἐπόθει. Διασυρμοὶ δὲ ἦσαν ἀνακεκραμένοι καταγορίαις, ἵνα τοῖς μὲν ἡδονὰς [v] κινῶν, ἡμᾶς δὲ τὰ μέγιστα βλάπτῃ. (Τὸ μὲν γὰρ προηγούμενον ἔργον εἶναι δοκοῦν, ὁ διασυρμὸς, παρέργον ἦν αὐτῷ· τὸ δὲ φαινόμενον παρέργον αἱ κατηγορίαι, πρῶτον καὶ μόνον ἔργον·) πάντα δὴ καλῶν ἀνοσίων, ὡς οἱ πνεῦμα δεξιὸν κατ' οἰάκων ἔχοντες, ἐφέροντο πλησίστιοι θαλοδρομῶν, ἄλ-

ad crimina cum jocis audienda natura pronum. Patent enim (ut scis) aures ejus, semper arrectæ erga eos quibus unicum studium est convicia cum calumniis contexere. Earum materiam noli amplius quærere: habes criminationes Judæorum & Judaïcorum rituum, quibus innutritus fuisti: ex ipsis cunis eas es edoctus, non ab uno aliquo sed à linguacissima parte Alexandrini populi. Ostende quid didiceris.

His ineptis & scelestis cogitationibus percitus assectabatur Caium, nec noctu absistens nec interdiu, sed ubique adstans secessu ejus ac otio abusus est ad gentis *nostræ* criminationes, cavillis eum oblectans, homo versutissimus, quo magis delationes pungerent. Nec enim aperte delatorem se profitebatur, nec profiteri poterat: sed oblique & astu nocens, gravior & infestior factus est adversarius, quàm professam exercentes inimicitiam. Fertur autem, quod cum hoc probè scirent Alexandrinorum legati, secreto eum conduxerint magnis mercedibus: non tantum pecunia, sed & spe honorum, quos ei pollicebantur se propediem collaturos, quàm primum Caius veniret Alexandriam. At ille tempus illud somnians, quo præsente Domino, & cum eo pene toto orbe habitabili (nec enim dubium erat quin cum Caio ad eum demerendum una profecturi sunt optimates, & pars quævis civitatum spectatissima ab ipsis Imperii terminis excitata) à civitate maxima & celeberrima honorabitur, cuncta pollicebatur. Itaque aliquamdiu latentis hostis ignari, apertos tantum observabamus; postquam autem ipsum deprehendimus, omnes vias curiosè dispiciebamus, si quo modo possemus mollire ac cicurare hominem, quomodocunque & undecumque nos ferientem & opportunè vulnerantem. Erat enim Caio socius pilæ, palæstræ, balinearum, conviviorum commessationumque, etiam ad somnum decumbenti adfuit: præfecti cubiculo, & primarii in domo satellitis dignitatem tenens, qualis nemini alii fuerat concessa; ita ut solus semper haberet patentes & vacantes aures imperatoris & à tumultibus externis liberas, ad audiendum ea quæ maximè expetebat. Ista vero erant cavilla cum criminationibus conjuncta, ut & eas oblectarent, & nobis nocerent maxime. (Nam id quod videbatur quæri præcipue, videlicet cavillatio, agebatur tantum obiter. Quod vero obiter agi visum est, accusatio, id primarium & unicum opus.) Excusso jam omni rudente, velut auras nacti secundas à puppi aspi-

p. 1017.

[t] καλαβολάς] Forsan ἀγκύλας. Sequitur enim ἵνα τιτρώσκωσιν αἱ ἀγκύλαι.

[v] κινῶν] Omnino repone κινῇ.

rantes,

rates, plenis velis ferebatur curſuque recto, alia ſuper alia componens crimina & connectens, quæ adeo hæſerunt infixa menti *imperatoris*, ut criminationum memoria eſſet indelebilis.

In re vero ancipiti & ferè deſperata poſiti, cum moveremus omnem lapidem ut Heliconem placaremus, nullum inveniebamus ad eum aditum, nemine audente alloqui vel accedere hominem, præ arrogantia & acerbitate quam erga univerſos exercebat; ſimul quia neſciebamus an aliquod privatum in Judæos aleret odium, propter quod Dominum contra gentem excitare & exacerbare non deſineret, circa hanc partem laborare ceſſavimus, ad aliam rem verſi magis neceſſariam. Placuit enim offerri Caio libellum continentem deſcriptionem ſummariam tum eorum quæ paſſi fueramus, tum quæ nobis concedi poſtulavimus. Erat vero *libellus* ferme compendium ſupplicationis prolixioris, quam per Agrippam regem paulo ante miſeramus. Nam Is forte fortuna venerat Alexandriam, navigaturus in Syriam in ſuum regnum quod ab imperatore acceperat. Verum imprudentes adhuc etiam nos ipſos decepimus: ex quo primum oram ſolvimus, ſicut quoque antea, ſperantes nos judicem adire, *ab eoque* juſta conſecuturos. At Ille erat hoſtis implacabilis, alliciens, ut tum videbatur, vultu hilari & appellationibus comibus. Exceptos enim nos primum in campo Martio, cum è maternis hortis exiret, reſalutavit, & dextra innuit ſe propitium; miſſoque ad nos Homilo qui legationibus admittendis præerat: ego vero ipſe, inquit, cauſam veſtram cognoſcam, ubi primum vacabit; ita ut tota corona circumſtantium gratularetur nobis tanquam voti compotibus, atque etiam noſtrates quotquot viſis ſuperficiariis adducuntur. Ego vero qui plus per ætatem & eruditionem ſapere videor, ſuſpecta habebam illa quæ exhilarabant alios. Cur enim, inquiebam, re intus mecum penſitata, cum tot adſint legationes propemodum ex omnibus orbis regionibus, ait ſe nos ſolos auditurum? Nec enim neſcit nos eſſe Judæos, quibus ſatis placet aliis non poſthaberi; cæterum prærogativam ſperare apud alienigenam juvenem & liberæ poteſtatis dominum, non procul abfuerit ab inſania. Atqui videtur à reliquorum Alexan-

λας ἐπ' ἄλλαις ζωλιθεὶς καὶ ζωνέρων αἰτίας· τῷ ᾗ εἰσυπῆτο ἡ Ἀθέινια παγιώτερον, ὡς ἄληστον εἶναι τὴν τ' ἐγκλημάτων [x] μνήμλιν.

Ἐν ἀπόροις [y] ἂν ᾗ ἐν ἀμηχάνοις ὄντες, ἐπειδὴ πάντα λίθον κινοῦντες ὥσπερ τὸν τ' Ἑλικῶνα ἐξιλεωσάμθα, πάροδον εὐθεμίαν ἀνθιέσκομθ, μηδενὸς μήτε εἰπεῖν μήτε προσελθεῖν τολμῶντος, ἕνεκα τ' ἀλαζονείας καὶ βαρύτητος ᾗ πρὸς πάντας ἐκέχρητο· ᾗ ἅμα ἀφ' τὸ αἰγυπτεῖν, ἔτις ἐστὶν αὐτῷ πρὸς τὸ Ἰουδαίων γένος ἀλλοθέμωσις, ἀλείφοντι τ' διατότλω ἀεὶ ᾗ ζυστροτοῦντι καλὰ τοῖς ἔθνεσι, τὸ μὲ ἔτι πονεῖσθαι περὶ τοῦτο τὸ μέρος εἰάσαμθ, τοῖ ᾗ ἀναλκαστέρω προειχόμεθα. Γεγραμματεῖον γὰ ἔδοξεν ἀναδοῦναι Γαΐῳ κεφαλαιώδη τύπον παρέχον, ὧν τε πάθομθ, ᾗ ὧν τυχεῖν ἠξιοῦμθ. Ἦν ᾗ σχεδὸν τοῦτο βραχυτομή τις ἱκετείας μακροτέρας, ἣν ἐπεπόμφειμθ [a] πρὸ ὀλίγου δι' Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως· ὃν τύχης γὰ ἐπεδήμησε τῇ πόλῃ, μέλλων εἰς Συρίαν κ' τὸν δοθεῖσαν αὐτῷ βασιλείαν ἀπαίρειν. Ἐλελήθειμθ ᾗ ἄρα ἔτι ἀπατῶντες ἑαυτοὺς, καὶ γὰ πρότερον, ὅτε οὐθὺς ἠξιάμεθα πλεῖν, οἰόμθοι πρὸς κρατοῦντα ἀφίξεσθ τυγχάνοντες τ' δικαίων. Ὁ ᾗ ἦν ἐχθρὸς ἀπονδος, δελεάζων, ὅσα τῷ δοκεῖν, φαιδρῷ τῷ βλέμματι ᾗ ἱλαρωτέροις τ' προσρήσεσι. Δεξιωσάμθα γὰ ἡμᾶς ἐν τῷ πρὸς Τιβέριῳ πεδίῳ τὸ πρῶτον (ἔτυχε ᾗ ὢν τ' μητρῴων ἐξιὼν κήπων) ἀντιπροσηγόρευσε, ᾗ τὸν δεξιὰν χεῖρα κατέσεισεν. αἰνιττόμθ ἵλεων, ᾗ τ' ὑπὸ τῶν πρεσβειῶν Ὅμιλον ὄνομα προσπέμψας· αὐτὸς, ἔφη, τ' ὑμετέρας ὑποθέσεως ἀκούσομαι προσκαιρήσας· ὥστε τὰς ἐν κύκλῳ πάντας ζωνήσεσθ καθάπερ ἤδη νενικηκόσι, καὶ τ' ἡμετέρων ὅσοι τ' [b] ἐπιπολαίοις φθόγγοις φανλασίαις. Ἐγὼ ᾗ φρονεῖν τι δοκῶν βελτίονον, κὴ δι' ἡλικίαν ᾗ τὸν ἄλλον παιδείαν, ὑλαβέστερον ἡμῶν ἐφ' οἷς ἔχαιρον οἱ ἄλλοι. Διὰ τί γὰ ἔφασκον, ἀνακινῶν τ' ἐμαυτοῦ λογισμὸν, πολλῶν ὄντων πρεσβυτῶν χρεὼν ἀπὸ πάσης γῆς ἀφιγμένων, ἡμῶν εἶπε τότε μόνων ἀκούσεσθ· τί βλόμθον; Οὐ γὰ ἠγνόει γε ὄντας Ἰουδαίους, οἷς ἀγαπητὸν τὸ μὴ ἐλαττοῦσθ· [c] τὸ ᾗ δὴ καὶ προνομίας εἴεσθαι τυγχάνειν παρ' ἀλλοεθνεῖ ᾗ νέῳ καὶ αὐτεξουσίῳ δεσπότῃ, μὴ καὶ μανίας ἐγγύς ἐστιν; Ἀλλ' ἔοικε τῇ τ' ἄλλων Ἀλεξαν-

[x] *μνήμλιν*] Sic Cod. Vat. pro *γνώμλιν*. Vide ſupra lib. de Juſtit. p. 359. De Human. p. 716. Et de Vit. Contempt. p. 893.

[y] *ἂν*] Ita MSS. pro *δέ*.

[a] *πρὸ ὀλίγου*] Anne vult iſtam profectionem Agrippæ ſecundo Caii anno factam, quam memorat Philo ſupra adv. Flaccum, & Joſeph. Antiqu. lib. xviii. c. 7? Sed *πρὸ ὀλίγου* haud propriè uſurpatur de geſtis ante biennium. Dicendum igitur in hiſtoriæ ſilentio, bis in Syriam profectum fuiſſe Agrippam, primo quando Trachonitidis Tetrarchiam à Gaio accepit; ſecundo quando Galilæam, expulſo inde Patruo Herode; id quod contigit anno Caii quarto, imperatore tum in Galliis degente. De ſecundâ iſta profectione hic agitur. Scilicet Philo cum ſociis Agrippæ per Romam Syriam verſus iter agenti, cauſæ ſuæ commentarios obtuleſat, quas rex ad Caium tranſmittendos curavit. Vide *Memoires de Tillemont ſur la Ruine des Juifs*, c. xvii.

[b] *ἐπιπολαίοις—φανλασίαις*] Sic MSS. Vat. Med. & Coll. Nov. Editi, nullo, ut opinor, ſenſu, *ἐπιπόλαιος—φαύλασιας*.

[c] *τὸ δ*] Ita MSS. pro *πτε*.

δρέων μερίδι προσκεῖσθαι, ἢ διδὺς προνομίαν, θᾶττον ὑπέχρεσε δικάσειν. Ἐὰν ἄρα μὴ τὸ ἴσον καὶ κοινὸν ἀκροατὴν ὑπερβὰς, ἀντὶ δικαστοῦ γένηται τοῖς μὲν ζυναγωνιστὴς, ἡμῶν δὲ ἀντίπαλος.

Ταῦτα λογιζόμενος ἐσφάδαζον, καὶ ὅτε μεθ' ἡμέραν, ὅτε νύκτωρ ἠρέμουν. Ἀθυμοῦντι δέ μοι καὶ τὴν [d] ἄγνοιαν φέροντι· οὐδὲ γὰρ ἀνασχεῖν ἀσφαλὲς ἦν· ἕτερον καταστήσει βαρύτατον ἐξαπιναίως [e] ἀπροσδόκητον κακόν· οὐκ ἐνὶ μέρει τοῦ Ἰουδαϊκοῦ τὸν κίνδυνον ἐπάγον, ἀλλὰ ζυλλήδδην ἅπαντι τῷ ἔθνει. Ἀφισμεθα μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώμης εἰς Δικαιάρχειαν ἐπακολουθήσαντες Γαΐῳ· καταλαβόντες δὲ ἐπὶ θάλατταν καὶ διέτριβε περὶ τὸν κόλπον, ἀμείβων τὰς ἰδίας ἐπαύλεις, πολλὰς καὶ πολυτελῶς ἠσκημένας. Φροντίζοντι δὲ ἡμῖν τὰ ὑποθέσεως· ἀεὶ γὰρ κληθήσεσθαι προσεδοκῶμεν· προσέρχεταί τις ὕφαιμόν [f] τι καὶ ταραχώδες ὑποβλεπόμενος, ἄθυμος μετρίως, καὶ μικρὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀπαγαγών (πλησίον γὰρ ἦσάν τινες) ἠκάσατε, ἔφη, τὰ [g] καινά; καὶ μέλλων ἀπαγγέλλειν ἐπεχείθη, δακρύων ἀθρόας φορᾶς ἐνεχθείσης. Καὶ πάλιν δεξάμενος δεύτερον ἐπεχείθη καὶ τρίτον. Ἅπερ ὁρῶντες ἡμεῖς ἐπτοήμεθα, καὶ παρεκαλοῦμεν μηνύσαι τὸ πρᾶγμα, ὅ χάριν ἐλθεῖν ἔφασκεν. Οὐ γὰρ ἕνεκα τοῦ ἁλῶναι μαρτύρων κλαίειν· εἰ δὲ ἄξια δακρύων ἐστὶ, μὴ μόνος ἀπόλαυε τῆς λύπης· ἐθάδες γεγόναμεν ἤδη κακοπραγιῶν. Ὁ δὲ μόλις μὲ, ἀναλύζων δὲ ὅμως, κεκομμένῳ τῷ πνεύματί φησιν· οἴχεται ἡμῶν τὸ ἱερόν· ἀνδριάντα κελεύσαντος εἰσῳκίσθαι τοῦ ἀδύτου ἀναθεῖναι Γαΐου προστάξαντος, Διὸς ἐπίκλησιν αὐτοῦ. Θαυμασάντων δὲ τὸ λεχθὲν καὶ πεπηγότων ἐπ' ἐκπλήξεως, καὶ μηδὲ [h] προελθεῖν ἔτι δυναμένων (ἀχανεῖς γὰρ εἰστήκειμεν ὀλιγοδρανοῦντες καὶ καταῤῥέοντες [i] περὶ αὐτοῖς, τοῦ ζωματικῶν πόνων ἐκνενευρισμένων) ἕτεροι παρῆσαν τὰς αὐτὰς φέροντες ὠδῖνας. Καὶ ἔπειτα ζυγκλεισάμενοι πάντες ἀθρόοι, ἰδίας ἐμοῦ καὶ κοινὰς τύχας ἐθρηνοῦμεν· ἃ οἷα ὑπέβαλεν ὁ νοῦς, διέξειμι (λαλίσταλον γὰρ ἄνθρωπος ἀτυχῶν) ἀγωνιζόμενοι. Ὑπὲρ τοῦ μὴ εἰς [k] ἅπαντας ἐν αὐτοῖς τοῦ δικαίου ἀφεθῆναι, χειμῶνος μέσου διεπλεύσαμεν, ἀγνοοῦντες ὅσος χειμὼν ἔφεδρός ἐστιν ὁ κατὰ γῆν, δεινοτέρου πολλῷ τοῦ κατὰ θάλατταν. Τοῦ μὲν γὰρ ἡ φύσις αἰτία, [l] διακρίνουσα τὰς ἐτησίους καιρούς· φύσις δὲ σωτήριον· ἐκεῖνος δὲ ἄνθρωπος ὀδὲν φρονῶν ἀνθρώπινον, νέος καὶ νεωτεροποιὸς, ἀνημμένος τῷ ἐφ' ἅπα-

drinorum partibus ſtare, quibus primas dans, judicium maturum pollicitus eſt. Niſi forſan auditoris æqui & communis officio depoſito, judicis loco fiat patronus illis, nobis adverſarius.

Hæc reputans toto corde indignabar, nec vel noctu vel interdiu requievi. Sic vero mœrentem, mœſtitiamque *pro viribus* tegentem (neque enim eam propalare tutum erat) alter graviſſimus caſus nec opinatus repente perterruit, non parti Judæorum ſed univerſis periculum afferens. Veneramus ex urbe Puteolos, Caium ſecuti. Deſcendit enim ad mare, morabaturque circa ſinum, villas ſuas ſæpius mutans, multas quidem illas & magnificè exſtructas. Nos vero de agenda noſtra cauſa ſolicitos, quippe qui accerſiri expectabamus continue, accedit quidam ſuffuſis trepidiſque oculis obtuens & anhelus: cumque paululum ſeduxiſſet (adſtabant enim quidam in proximo) Audiſtiſne, inquit, novi quippiam? ſimulque conatus rem eloqui, fletu oborto impeditus eſt. Deinde rurſum exorſus narrare, iterum atque tertio fuit ad eundem modum inhibitus. Nos verò viſis his conterriti, obſecrabamus indicare quam ob rem veniſſet. Non enim veniſſe coram teſtibus flendi gratia; quod ſi quid eſſet dignum lacrymis, ne ſolus mœſtitia frueretur: nos jam ſatis aſſueti ſumus calamitatibus. Ille vero ægre quidem & ſingultiens ſpirituque interrupto, inquit: *Periit nobis templum: jubet Caius poni ſibi coloſſum in adytis intimis, aſcito in titulo Jovis cognomine.* Nobis verò attonitis miraculo, & in veſtigio præ ſtupore hærentibus (muti enim ſtabamus, languentes & fluxi intra nos, defectis viribus corporis) ſupervenerunt alii doloris ejuſdem nuncii. Deinde omnes ſimul ſecreto concluſi deplorabamus fortunam privatam atque publicam, & quicquid mens ſuggerebat, queſti ſumus (calamitoſi enim ſunt vulgo loquaciſſimi) angore ſummo perculſi. Ne in perpetuum graviſſimæ injuriæ impunitæ dimitterentur, medio hiemis trajecimus maria, ignari nobis imminere tempeſtatem in terris multo ſævіorem jactatione maritima. Hanc enim *hiemem* natura efficit, annua diſtinguens tempora: eſt verò natura ſalutaris: alteram autem excitabat homo nihil humanum ſapiens, juvenis & rerum novarum cupidus, imperio ſu-

[d] ἄγνοιαν φέροντι] Nonnulli Codices ἄνοιαν, ſed nec ſic rectè. Omnino ſcribe ἀνοίαν, & pro φέροντι, unica litera mutata, φέροντα, cui ſequentia ſuffragantur.

[e] ἀπροδόκητον] Sic errante calamo à Librario ſcriptum; ſcribe ἀπροσδόκητον.

[f] τι] Reſtitui ex MSS.

[g] καινὰ] Ita MSS. pro κενά.

[h] προελθεῖν] Forſan προσιλθεῖν. Sicut mox infra ἐξίσαι ἢ προσιλθεῖν ἢ ἁλῶσι τὸ σῶμα, &c.

[i] περὶ αὐτοῖς] MSS. περὶ αὐτὸν, ſed nec ſic placet. Forſan περὶ αὐτούς. Smiliter infra p. 1030. περὶ ἑαυτὸ κατίδοιμι. Ibi etiam reponendum ἑαυτόν. Vide Heſych. v. ἀμφὶ δὲ, vel potius ἀμφιδρὸς. Hom. Il. X. ℣ 84. & ibi Scholiaſten.

[k] ἅπαντας, &c.] MSS. Coll. Nov. & Aug. εἰς ἅπαν τὰς ἐν αὐτοῖς δημοσίας. Forſan vero ibi pro ἐν αὐτοῖς ſcribendum ἐν ἀστοῖς inter cives, vel, quod magis placet, ſi Codices paterentur, εἰς ἅπαν τὰς ἀνηκίστους δημοσίας ἀφιθῆναι, atque adeo ſic verto.

[l] διακρίνουσα] Sic MSS. Editi διακρίνασα. Mox ex eiſdem, pro ἐκείνος repono ἐκείνου.

pra universos armatus legibus soluto. Juventus vero cum potestate summa in effrænes impetus soluta, est malum inexpugnabile. Licebitne enim propius accedere vel os attollere de Proseuchis, apud vastatorem Templi omnium sanctissimi? Satis enim apparet obscuriora & dignitatis minoris templa, contempturum, qui ab insignissimo & celeberrimo, ad quod, solis instar undiquaque collucens, oriens occidensque respiciunt, non abstineret injuriam. Quod si etiam daretur adeundi licentia, quid aliud expectandum erat quàm mors certissima? Sed moriamur, inquam; est enim vita glorioſissima mors pro legum conservatione. Quod si ex interitu nostro nullum accrescit emolumentum, annon insania fuerit in cædem se dare? præsertim cum legatione fungamur, ut ad eos qui miserunt magis quam nos qui perpeteremur, pertineat infortunium. Quinetiam ex Gentilibus nostris quotquot improbitatem maximè aversantur, impietatis nos incusabunt, quòd fluctuante in extremo periculo republica præ sui amore, privati commodi meminissemus. Debent enim parvæ res magnis cedere, privatæ publicis, quibus perditis unà quoque perit reipublicæ status. Quomodo enim vel sanctum erat vel licitum frustra decertare, Alexandrinæ civitatis jus asserentes, quibus imminet periculum de majori longe republica, universo Judæorum statu? Una enim cum templi eversione, fuit timendum ne commune gentis nomen penitus aboleri jubeat homo novator & ad magna audenda promptus. Cum igitur utraque causa propter quam missi fueramus, erat prorsus deplorata, forsan dicat aliquis: Non poterant saltem expedire tutum reditum? Cui responderem: Aut non habes affectum sincerum viri ingenui, aut non nutritus & exercitatus fuisti in literis sacris. Viri vere ingenui sunt spe pleni, necnon & leges iis qui non summis solum labris eas deguſtârunt, spes bonas conficiunt. Fortassis tentatio est hæc nostri sæculi hominum, quomodo erga virtutem affecti sint, & an didicerint adversa ferre animo obfirmato, non languentes. Humana præsidia igitur pereunt; & quidni pereant? modo in anima spes firma maneat in Deum servatorem, qui sæpe gentem hanc ex difficilibus & dubiis eripuit.

Hæc differuimus, partim lugentes calamitates improvisas, partim nos solantes spe mutationis felicioris: deinde interposito brevi silentio, sic allocuti sumus horum nuncios: Quid

σιν ἀνυπόθυνον ἐχλύ. [m] Νεότης ἢ μετ' ἐξουσίας αὐτοκρατοῦς ὁρμαῖς ἀκαθέκτοις χρωμένη, κακὸν δύσμαχον. Ἐξέσται ἢ προσελθεῖν ἢ διαῦραι τὸ σέμα τοῦ Προσευχῶν, τῷ λυμεῶνι ὅλων πανιέρῳ; Δῆλον γὰρ ὡς ὁ φρονιεῖ τ' ἀφανεστέρων καὶ τιμῆς ἐλάττονος ἠξιωμένων, ὁ τ' περισημοτάτου καὶ ἐπιφανεστάτου νεὼν, εἰς ὃν ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἀποβλέπουσιν, ἡλίου τρόπον πανταχόσε λάμποντα, καθυβρίζων. Εἰ γὰρ καὶ γνοίητό τις ἄδεια προσόδου, τί χρὴ προσδοκᾶν, ἢ θάνατον ἀπαραίτητον; Ἀλλ' ἴσως· τεθνηξόμεθα· ζωὴ γάρ τίς ἐστιν ὁ ὑπὲρ φυλακῆς νόμων κλεισθέντος θανάτου. Εἰ δὲ οὐκ τ' ἡμετέρας τελευτῆς γνήσεται μηδὲν ὄφελος, ἀ μανία πρὸς ἀπολείας, καὶ ταῦτα πρεσβεύειν δοκοῦντας, ὡς τ' πεμψάντων μᾶλλον ἢ τῶν ὑπομενόντων εἶναι τὴν ζημίαν; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσοι τὰς φύσεις μισοπονηρόταται τ' ὁμοφύλων, ἀσέβειαν ἡμῶν καταγορεύσουσιν, ὡς ἐν p. 1020.
ἐλαχάτῳ κινδύνῳ τῶν ὅλων ζαλευόντων ὑπομνηθέντων ὑπὸ φιλαυτίας ἰδίας τινος. Τοῖς γὰρ μεγάλοις τὰ βραχέα, καὶ τοῖς κοινοῖς τὰ ἴδια ὑποστέλλειν ἀναγκαῖον, ὧν οἰχομένων, ἔρρει καὶ ἡ πολιτεία. [n] Πῶ γὰρ ἔσιεν ἢ θεμιτὸν ἄλλως ἀγωνίζεσθαι, δεικνύτας ὡς ἐσμὲν Ἀλεξανδρεῖς, οἷς ὁ περὶ τῆς καθολικωτέρας πολιτείας ὑπερέμα κίνδυνος τῆς Ἰουδαίων; Ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ἱεροῦ καταλύσει, δέος μὴ καὶ τὸ κοινὸν τοῦ ἔθνους ὄνομα ζωαφανισθῆναι κελεύσῃ ὁ νεωτεροποιὸς καὶ μεγαλουργὸς ἄνθρωπος. Ἀμφοτέρων δὲ τ' ὑποθέσεων δι' ἃς ἐσάλημεν οἰχομένων, ἴσως φήσ τις· τί δ' ἂν, οὐκ [o] ἤδεσαν πραγματεύεσθαι τὴν μὴ ἀσφαλείας ἐπάνοδον; Πρὸς ὃν εἴποιμι ἄν· ἢ οὐκ ἔχεις αἰδοῦς ἀνδρὸς εὐγενοῦς πάθος γνήσιον, ἢ οὐκ ἐπεφάνης ὅδε ἐνησκήθης τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. Ἐλπίδων εἰσὶ πλήρεις οἱ ὄντως εὐγενεῖς, καὶ οἱ νόμοι τοῖς ἐντυγχάνουσι μὴ χείλεσιν ἄκροις, ἐλπίδας ἀγαθὰς δημιουργοῦσιν. Ἴσως δὲ πεῖρα ταῦτα τῆς καθεσώσης γνώμης ἐστὶ, πῶς ἔχῃ πρὸς ἀρετὴν, καὶ εἰ πεπαίδευται φέρειν τὰ δεινὰ λογισμοῖς ἰσχυρογνώμοσιν, ἃ [p] προκαταπέπληκται. Τὰ μὲν δὴ ἐξ ἀνθρώπων ἅπαντα καὶ ἔρρει καὶ ἐρρέτω· μενέτω δὲ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀκαθαίρετον ἡ ὑπὲρ τ' ζωτῆρα θεὸν ἐλπὶς, ἣς πολλάκις ἐξ ἀμηχάνων καὶ ἀπόρων πεποίησε τὸ ἔθνος.

Ταῦτα, ἅμα μὲν ὀλοφυρόμενοι τὰς ἀπροσδοκήτους ἀτυχίας, ἅμα δὲ καὶ παρηγοροῦντες ἑαυτοὺς ἐλπίδι μεταβολῆς γαληνοτέρας, διέξειμεν· μικρὸν δὲ ὑπισχόντες πρὸς τοὺς ἀπαγγείλαντας,

[m] Νεότης] Citantur hæc à Johan. Damasc. p. 776. Titulo περὶ βασιλέως καὶ πάνυ θαυμαζομένου. At Anton. ser. 7.
[n] Πῶ] Forsan πῶς.
[o] ἤδεσαν] Scribendum potius ἤδεις ἄν.
[p] προκαταπέπληκται] Scil. ψυχὴ, sic MSS. Editi προκαταπέπληκται.

Τί καθ' ἡσυχίαν, ἔπομφι, κάθηθε, απωθῆρας αὐτὸ μόνον τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἐνέντες, ὑφ' ὧν καιόμεθα καὶ πυρπολάμεθα; δέον προσεξηγεῖσθαι καὶ τὰ κεκινηκότα τὸ Γάϊον. Οἱ δ' τλὼ μὲ ἀναπάτω καὶ πρώτιλω αἰτίαν ἴστε, ἣν καὶ πάντες ἴασιν ἄνθρωποι· θεὸς βάλεται νομίζεσθαι· ὑπέλητε [q] δ' μόνως Ἰουδαίως μὴ πείσεσθαι, οἷς μεῖζον οὐδὲν ἂν προσελίψαιτο κακὸν, ἢ λυμηνάμενος τλὼ ἱερᾶ ζημότητα. [r] Καλήχη δ' ὅτι καὶ πάντων ἱερῶν τῶν πανταχᾶ κάλλιστόν ἐστιν, ἐξ ἀπείρων χρόνων [s] ἀπαύστοις καὶ ἀφθονίσι δαπάναις ἀεὶ προσκοσμούμενον. Δύσερις δ' καὶ φιλόνεικος ὤν, ζηλοτυπήσασθαι τοῦτο εἰς ἑαυτὸν διανοεῖται. Παρατέθηκε δ' νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον ἐξ ὑποψίας ἦν ἔπεμψε [t] Καπίτων. Φόρων ἐκλογεὺς ὁ Καπίτων ἐστὶν τῆς Ἰουδαίας, ἔχθρα δὲ πως πρὸς τοὺς ἐγχωρίους ἐσκότως. Πένης γὰρ ἀφικόμενος, καὶ ἐξ ὧν νοσφίζεται καὶ παρεκλέγει ποικίλον τινα καὶ πολυὺ πλοῦτον ἠθροικὼς, εἶτα ὑλαχθεὶς μήτις αὐτοῦ γένηται καταγορία, τέχνιλω ἐπενόησεν, ἢ διαβολαῖς τῶν ἀδικηθέντων διακρούσεται τὰς αἰτίας. Ἀφορμιλὼ δ' αὐτῷ δίδωσιν εἰς ὅπερ ἐβούλετο, ζημιυχία τις τοιαύτη. Τλὼ Ἰάμνειαν· πόλις δέ ἐστι τῆς Ἰουδαίας ἐν ᾗ μάλιστα [u] πολυάνθρωπος· Ταύτλω μιγάδες οἰκοῦσιν, οἱ πλείους μὲν Ἰουδαῖοι, ἕτεροι δέ τινες ἀλλόφυλοι παρεισφθαρέντες ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, οἳ πῆς τρόπον τινα ἀνθιγμίσιν, ὄντες μέτοικοι κακὰ καὶ πράγματα παρέχουσιν, ἀεί τι σκυλεύοντες τῶν παλαίων Ἰουδαίοις. Οὗτοι σκληρὸν τῶν ἐπιφοιτώντων ἀκούοντες ὅσῃ ποτὲ κέχρηται Γάϊος περὶ τλὼ ἰδίαν σκηνέωσιν, καὶ ὡς ἀλλοτριώτατα διάκειται πρὸς ἅπαν τὸ [x] Ἰουδαϊκὸν γένος, καιρὸν ἐπιτήδειον εἰς ἐπίθεσιν σκηπτεπλωκέναι νομίζοντες, αὐτοχέδιον ἀνισῶσι βωμὸν εἰκαιολάτης ὕλης· πηλὸν σχηματίσαντες εἰς πλίνθους, ὑπὲρ τοῦ μόνον ἐπιβουλεύειν πῆς ζωοικοῦσιν· ᾔδεσαν γὰρ οὐκ ἀνεξομένους καταλυομένων τῶν ἐθῶν, ὅπερ καὶ ἐγένετο. Θεασάμενοι γὰρ δυσανασχετήσαντες ἐπὶ τῷ τῆς ἱερᾶς χώρας τὸ ἱεροπρεπὲς ὅλως ἀφανίζεσθαι, καθαιροῦσι ζωιλθόντες. Οἱ δ' αὐθὺς ἐπὶ τὸν Καπίτωνα ἦκον, ὃς ἦν τοῦ δράματος ὅλου δημιουργός. Ἑρμαιον δ' εὑρηκέναι νομίσας, ὅπερ οὐκ πολλῶν χρόνων ἀνεζήτει, γράφει Γαΐῳ, διαίρων [y] τὰ πράγματα καὶ μειρολογίζων. Ὁ δ' [z] Διαγνὺς, πλουσιώτερον καὶ [a] μεγαλοφρονέστερόν τι ἀντὶ τοῦ πλινθίνου βωμοῦ τοῦ κατ' ἐπήρειαν [b] ἀναστάντος ἐν Ἰαμνείῳ, κελεύει

ita sedetis silentes? scintilla tantum in aures nostras injecta qua incendimur & absumimur, cum debeatis exponere quænam Caium ad hæc excitârunt. Tum illi: Primariam & maximam causam scitis, quam sciunt omnes. Vult haberi Deus: verum persuasus est solos Judæos non passuros, quibus nequit graviorem pœnam infligere, quàm si majestatem eorum templi diminuat. Audivit enim id esse omnium ubicunque templorum pulcherrimum, per multas ætates continuis & largis sumptibus usque magis ac magis exornatum. Contentiosus vero & pervicax cum sit, vult id sibi usurpare. Nunc vero magis quam antea exasperatus est etiam Capitonis literis. Iste Capito præest exigendis Judææ tributis, infensus vero est quam maximè provincialibus. Pauper enim eò profectus, & ex raptis & furtim exactis opulentia multiplici & magna coacervata, dein metuens ne qua fiat contra ipsum delatio, fallaciam excogitavit, quâ læsorum calumniis criminationes eorum retundat. Consilio vero huic suo occasionem opportunam attulit casus quidam talis. Jamniam, urbem Judææ cum primis frequentem populo, colunt promiscue Judæi quidem pars maxima, nonnulli tamen etiam alienigenæ, qui *malo fato* subrepserunt è finitimis regionibus: qui cum sint inquilini, reliquis quodam modo indigenis negocia facessunt, perpetuo aliquam legum Judaicarum violantes. Hi cum audirent ab advenis, quantam Caius operam impendat suæ consecrationi, & quàm infensus universæ Judæorum genti sit; rati incidisse tempus opportunum ad eam adoriendam, ex tempore aram excitant è materia vilissima, luto formato in lateres, solummodo ut insidias struerent contribulibus. Sciebant enim non laturos violari leges patrias, quod & sequutum est. Conspicati enim & indignati regionis sacratæ dignitatem sic exterminari, coorti aram evertunt. Isti continuo Capitonem adiverunt, qui fuit autor totius hujus tragœdiæ. Is lucrum sibi à fortuna oblatum existimans, cujus jamdudum erat cupidus, scribit Caio, exaggerando rem & amplificando. Quibus perlectis Ille pro altari latericio in Jamnia per injuriam erecto splendidius quoddam & magnificentius

p. 1021.

[q] δ'] Restitui ex MSS. Item mox sequentia μὴ πείσεσθαι, suntque ad sensum necessaria.

[r] Καλήχη] Vox Hellenistis frequentata. Act. Apostol. xxi. 24. καλήχθησαν ἐπ' ἐμέ σου. Ibid. xviii. 25. καλήχηθμένος ἐν ὁδῷ, &c. Vide etiam D. Luc. i. 4.

[s] ἀπαύστοις] D. Joh. ii. 20. τεσσαρακονθα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναός ἐστι, &c. Vide tamen ibi Orig. Comm. in Loc. p. 189.

[t] Καπίτων] Vide an idem sit cum isto Capitone qui à Caio coactus cædi filii interfuit, & ob mœrorem continuò post eum fuit peremptus. Vide Dion. Cass. lib. lix. p. 660. Quæ vero sequuntur, ὁ Καπίτων ἐστί, videntur librarii glossema.

[u] πολυάνθρωπος] Forsan πολυανθρώπους. De urbis vero Jamniæ incolarum frequentia Strabo Philoni adstipulatur, Geograph. lib. xvi. Καὶ δὴ καὶ Διάνδρησιν ἔστι ὁ τόπος, ὥστε οὐ τὴ πλησίον κώμης Ἰαμνείας καὶ τῆς καλουμένης τῶν κύκλῳ τίσαρσις μυριάδας ὁπλίζεσθαι.

[x] Ἰουδαϊκὸν γένος] MSS. Ἰουδαίων ἔθνος. Idque magis ex usu Philonis. Vide supra p. 1017.

[y] τὰ πράγματα] Quidni τὸ πρᾶγμα?

[z] Διαγνὺς] Scribe Διαναγνύς. Sic Noster alibi sæpius. Vide supra p. 979. & infra p. 1038. Sic similiter emendandus 2 Maccab. viii. 23. διαγνὺς τὴν Ἱερᾶς βίβλου. Ibi scribe διαναγνύς.

[a] μεγαλοφρονέστερον] Quidni vero μεγαλοπρέπεστερον?

[b] ἀναστάντος] Melius forsan ἀνεστωτώσης. Supra enim scribitur ἀνισῶσι, βωμὸν, &c.

opus

[d] ἐπαξία] Vigerus, in margine, ἐπ' ἀξία, forſan ergo ſcribendum ἐφεπολῦσα in ſequentibus. Mox etiam pro κόσμον repone οἶκον.

[e] ἕνα μὲν] MS. Joh. ſic, & forſan rectius, ἑνὸς μὲν δὴ λόγου ἔστω, ἕτερος δὲ σωφρόνος τούτοις, &c.

[f] ἐναρμόνιον] Scribe σωναρμόνιον. Mox etiam pro ψευδείσης repone ψευδεῖσης, ex margine. Uti ex Joh. Damaſcen. in Parallel. ſacr. à quo hæc citantur.

[g] Ὃν] Scribe τὸν ex Hom. Iliad. Υ 234.

[h] ἔρωτος] Sic MS. Joh. pro ἔρωτα.

[i] δόξης, δεῖν] Locum hunc ſic emendat Vit. Eruditus δόξης (δεινῶν ταραλεῦσαι ψυχὰς) περὶ ἃ, &c. idque rectè, atque adeo ſic verto.

oculis,

oculis, Divinam illam Providentiam, quantum humanæ fas eſt intelligentiæ, circumſpicere volueris, tum quidem illuſtriori ac ſinceriori ejus, quod vere bonum eſt, informata notione, quas tu res noſtras antea mirabaris, eas continuo ridebis omnes. Semper enim meliora dum abſunt, quæ in eorum locum deteriora ſuccedunt, habentur in pretio: eadem, ubi exiſtere meliora cœperint, dejiciuntur illico, nec niſi ſecundas tenere poſſunt. Itaque ſpeciem illam boni honeſtique divinam obſtupeſcens, prorſus intelliges, eorum per ſeſe nihil, quæ paulo ante commemoravimus, in bonis divino judicio numerari. Quippe illa enim argenti aurique metalla, ex terræ parte deterrima oriuntur, quæque ab illa, quam producendis frugibus natura deſtinavit, ſine ulla exceptione ſuperatur. Nam plurimum ſane inter alimentum, ſine quo vita conſiſtere nequeat, & divitiarum copiam intereſt. Cujus utriuſque una quaſi obruſſa, eaque certiſſima, fames eſt, qua quid vere neceſſarium atque utile ſit, exploratur. Tum enim profecto, quicquid ubique theſaurorum eſt, nemo non libenter cum exiguo cibo commutaret. At ubi rerum neceſſariarum abundantia, immenſo quodam & infinito proventu, per oppida paſſim omnia circumfluere cœperit, his naturæ bonis ad delicias & luxum abuſi, haudquaquam in iis ſolis acquieſcere poſſumus, ſed injurioſum quoddam faſtidium vitæ quaſi noſtræ ducem ſequuti, ad omnem argenti aurique poſſeſſionem ardenter imminemus. Unde ſi qua ſpes lucri affulſerit, tum enimvero cæcorum inſtar præcipites ferimur, nec jam amplius, ob nimiam pecuniarum cupiditatem, mentis oculo videre poſſumus, nihil eſſe niſi terræ pondera, quorum cauſa perpetuo quodam, ac ſine ulla mentione pacis, infinito bello agitamur. Nam veſtes ſane, aut flos quidem ovium ſunt, ut loqui Poëtæ ſolent, aut ſi elaborandi artem ſpectare mavis, laus una textorum. Gloria vero ſi quis inſoleſcit, improborum commendatione plauſuque delectatus, hoc ipſo improbum ſeſe eſſe noverit. Simile enim ſimili gaudet. Idem porro piacularibus deinceps ſacrificiis uſus, aurium ſanitatem, per quas in animum graves morbi ſolent incumbere, votis omnibus impetrare conetur. Diſcant præterea, quicunque firmitate corporis intumeſcunt, minus cervicem tollere, dum partim in cicures, partim in feras animantes illas intuentur, quæ nativo quodam robore antecellunt. Summæ enim ſtultitiæ fuerit, hominem belluarum, quibus ipſe longe multumque concedat, viribus gloriari. Jam quid tandem eſſe poteſt, quamobrem vir ſapiens ſua ſibi pulchritudine placeat, quam tempus breviſſimum extinguere ſoleat, mendaci ejus ſpecie,

ὄμμα τείνας, βελῃθείης ἂν διαθρῆσαι Θεῖ̃ πρόνοιαν, ὡς ἔνεσιν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, τραχυτέραν τ τῦ πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῦ λαβὼν φαντασίαν, γελάσῃ τὰ παρ' ἡμῖν, ἃ τέως ἐθαύμαζες. Ἀεὶ γὰρ ἀπουσία τῶν κρειττόνων, τιμᾶται τὰ χείρονα, τ ἐκείνων κληρονομοῦντα τάξιν· [k] ἐπιφανέντα δὲ, ὑποσέλλῃ, δευτερείοις ἆθλων ἐρικύμονα. Καταπλαγεὶς ἂν τὸ θεοειδὲς ἐκεῖνο ἀγαθόν τε καὶ καλὸν, πάντως ἐνοήσεις, ὅτι πρὸς Θεῷ, τ εἰρημένων πρότερον ἐδὲν καθ' ἑαυτὸ [l] τῆς ἀγαθῆς μοίρας ἠξίωται. Διότι τὰ μὲν ἀργύρου μέταλλα καὶ χρυσῦ, γῆς ἐστι ἡ φαυλοτάτη μοῖρα, τ πρὸς καρπῶν ἀνεμπόδιστον γένεσιν ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένη. Οὐ γὰρ ἐσθ' ὅμοιον [m] τροφῆς, ἧς ἄνευ ζῆν ἀδυνατόν, δυπορία χρημάτων. Μία τύτων ἐστὶ βασανωτικωτάτη, λιμὸς, ᾧ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον δοκιμάζεται. Θησαυρὸς γὰρ τὰς παλαχᾶ πάντας ἀνταλλάξαιτ' ἄν τις βραχείας ποτὲ τροφῆς ἄσμενος. Ὅταν δὲ ἡ τ ἀναγκαίων ἀφθονία, μυρίῳ [n] φθορᾶς ἀκαταχέτῳ πλήθει ῥυεῖσα, καὶ πόλεις ἀναχέηται, πᾶς τ φύσεως ἀγαθοῖς ἐμπυφῶντες, ἐπ' αὐτῶν μόνων οὐκ ἀξιοῦμεν ἴσασθαι, κέρδη ὑβρισταῖς ἡγεμόνα τῦ βίυ [o] ποιησάμενοι, ἐργύρυ τε καὶ χρυσῦ κτήσεσιν ἐπαποδιώτες, ἅπασι παρ' ὧν ἄν τι κερδανεῖν ἐπελπίσωμεν, [p] κοινώμεθα καθάπερ τυφλοὶ, μηκέτι τῇ διανοίᾳ βλέποντες ὑπὸ φιλαργυρίας, ὅτι γῆς εἰσιν ὄγκοι· ἐξ ὧν, οὐκ ἐκλείπης συνεχὴς καὶ ἀδιάσταλτος πόλεμος. ἐθῶτές γε μὴν προβάτων εἰσὶν, ὡς οἱ ποιηταί πού φασιν, ἄνθος, καὶ τὸ τῶν δημιυργὸν τέχνης, ὑφαντῶν ἔπαινος. Εἰ δέ τις ὑπὸ δόξης μέγα φρονεῖ, τῶν παρὰ τ φαύλων ἀποδοχῶν ἀπατώμενος, ἴσω μὲν καὶ αὐτὸς φαῦλος ὤν. Τὸ γὰρ ὅμοιον χαίρει τῷ ὁμοίῳ. Διχέσθω δή, καθαρσίων μεταλαχὼν ἰαθῆναι τὰ ὦτα, δι' ὧν αἱ μεγάλαι ψυχῆ νόσοι καταστήσασι. Μαθέτωσαν δὴ καὶ ὅσοι ἐπ' ὠτονίᾳ πεφύκασι, μὴ ὑψαυχεῖν· ἀπιδόντες εἰς τὰς τ ἡμέρων καὶ ἀτιθάστων ζώων ἀμυθήτους ἀγέλας, αἷς ἰσχὺς καὶ ῥώμη ζυγεγήνασται. Τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων ἐστὶν, ὑπὸ θηρίων δειλαίων, καὶ ταῦτα [q] παραδημερευόμενον ὑπ' αὐτῶν, ἄνθρωπον ὄντα, ζημιώεσθαι. Διὰ τί δ' ἄν τις ἀφρόνων, ἐπὶ σώματος ἀμορφίᾳ ἀγάλλοιτο, ἢν βραχὺς καιρὸς ἔσβεσε, πρὶν ἐπὶ μῆκιστον ἀνθῆσαι,

[k] ἐπιφανέντα] Vigerus in margine reponit ἐπιφανέντων. Melius, ut opinor, ἐπιφανείᾳ. Ob præcedens ἀπουσίᾳ.

[l] τ ἀγαθῆς] Vigerus reponit τ δ' ἀγαθῇ μοίρας.

[m] τροφῆς] Vel ſcribe τροφῇ, vel reſtitue καὶ poſt δυπορία.

[n] φθορᾶς] Vigerus reponi vult φορᾶς. Mox vero adde καὶ. Sic ergo ſcribe μυρίῳ φορᾶς καὶ ἀκαταχέτῳ πλήθει.

[o] ποιησάμενοι] Scribe προσησάμενοι.

[p] κοινώμεθα] Vigerus rectè reponit κοινώμεθα. Vide ſupra p. 980. Heſych. v. κοίσασθαι, ἀγωνίσασθαι.

[q] παραδημερεύμενον] Eadem forte habet Noſter lib. de Poſter. Cain. Confer vero cum Joh. Damaſcen. Parall. ſacr. p. 525.

τὴν

τῷ ἀπαλῷ αὐτῆς ἁπαλῷ ἀμαυρώσας; Καὶ ταῦθ', ὁρῶν ἐν ἀψύχοις πειμάχῃσι καλλιγράφων ἔργα καὶ πλαστῶν, ἔ ἄλλων τεχνιτῶν, ἔν τε ζωγραφήμασι, καὶ ἀνδριάσι, καὶ ὑφασμάτων ποικιλίαις, ἐν Ἑλλάδι καὶ Βαρβάρῳ καλὰ πόλιν ἐκάστῳ δοκιμῶντα. Τάτων δή, ὅπερ ἔφην, οὐδὲν ἔνδα θεῷ τ' ἀγαθῆς μοίρας ἠξίωται. Καὶ τί θαυμάζομεν, εἰ μὴ παρὰ θεῷ; Οὐδὲ γὰ παρὰ ἀνθρώποις τοῖς θεοφιλέσι, παρ' οἷς τὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθὰ καὶ καλὰ τετίμηται, φύσεως μὲ ἀμοίρως λαχοῦσι, μελέτῃ τε μετ' ἀσκήσεως τῷ φύσιν ἐπικοσμήσασιν, ὧν ἡ ἀνθρωπίνη φιλοσοφία δημιοργός. Ὅσοι δὲ νόθα παιδείας ἐπεμελήθησαν, οὐδὲ τοὺς ἰατροὺς ἐμιμήσαντο, τὸ δοῦλον ψυχῆς σῶμα θεραπεύοντας, οἱ τῷ δέσποιναν ἐπιφάσκοντες ἰᾶσθαι. Ἐκεῖνοι μὲ γὰ, ἐπειδάν τις ἀτυχὴς νοσήσῃ, κἂν ὁ μέγας ᾖ βασιλεύς, πάνθ' ὑπερβάντες τὰ πρόσω, τοὺς ἀνδρῶνας, τὰς γυναικωνίτιδας, γραφὰς, ἄργυρον, χρυσὸν, ἄσημον, ἐπίσημον, σκευωμάτων ἢ ὑφασμάτων πλῆθος, τ' ἄλλον τῶν βασιλείων ἀείδιμον κόσμον, ἔτι ἢ τ' οἰκειακὸν ὄχλον, καὶ τὴν φίλων ἢ συγγενῶν, ὑπηκόων, τ' ἐν τέλει θεραπείαν ἄξαντες, τ' ζωμαλοφυλάκων, ἄχρι τ' ἐννῆς ἀφικόμενοι, καὶ τ' πρὸ αὐτὸ τὸ σῶμα ἀλογήσαντες· ὅθ' ὅτι κλίναι λιθοκόλλητοι καὶ ἐλόχρυσοι θαυμάσαντες, ὅθ' ὅτι ἀραχνοϋφεῖς ἢ λίθῳ γεγραφημμέναι στρωμναὶ, ὅθ' ὅτι ἐσθημάτων ἰδέαι διάφοροι. Προσέτι ἢ τὰς πρὸ αὐτὸν χλαίνας ἀπαμφίσαντες, ἄπλουν χειρῶν, καὶ τὰς φλέβας προσπιέζαντες, ἀκριβῶσι τὸν παλμὸν, εἰ ζωτήριοι. Πολλάκις ἢ καὶ τὸν χιτῶνας ἀνασείλαντες, εἰ πεπληθὴς ἐφ' ἡ γαστὴρ ἐξελάζουσιν· εἰ πεπυρωμένῳ ὁ θώραξ, εἰ ἄτακτον ἡ καρδία πηδᾷ. Κἄπειτα τὴν οἰκείαν προσφέρουσι θεραπείαν. Ἐδει ἢ καὶ τὸν φιλοσόφους ἰατρικῷ ὁμολογοῦντας ἐπιδοῦναι τ' φύσει βασιλίδι ψυχῆς, καταφρονεῖν μὲ ἁπάντων, ὅσα αἱ κεναὶ δόξαι τυφοπλαστοῦσιν· ἔσω ἢ προσιόντας ἄπειρα διανοίας αὐτῆς· εἰ ὑφ' ὀργῆς ἀνισοπαχεῖς καὶ πρὸ φύσιν κεκινημένοι παλμοί· ἄπειρα καὶ γλώττης, εἰ τραχεῖα ἐ

antequam diutius floruerit, obſcurata penitus atque deleta? Maxime vero, cum in rebus etiam inanimatis excellentiſſima pictorum atque fictorum & cæterorum id genus artificum opera videat, atque ejuſmodi, quæ ſeu penicillo ſeu ſcalpro ducta, ſeu Phrygionum manu ſumma cum varietate contexta, in omnibus paſſim non Græcis modo, ſed etiam Barbaris urbibus admodum celebrentur! Horum, inquam, nihil divino judicio bonorum in numero collocatur. Divino autem? Imo ne hominum quidem eorum, qui Deo cariores, id quod vere bonum atque honeſtum eſt, in pretio habere ſolent; cum & felicem indolem nacti fuerint, & meditatione ſimul atque uſu naturam ipſam excoluerint, cujus utriuſque parens & artifex legitima Philoſophia eſt. At qui doctrinæ genus ſpurium adulterinumque ſectantur, ne ipſos quidem medicos, Animæ famulans corpus curantes imitantur, cum tamen ſanandos ipſius Dominæ morbos ſuſceperint. Illi enim, ſi ex beatulis quiſpiam adverſa valetudine laboraverit, ut Rex ipſe maximus fuerit, porticus tamen & ambulationes omnes, omnia virorum mulierumque ſepta prætergreſſi; picturis, argento, auroque tam facto, quam infecto, poculorum textique operis copia, cæteroque perinſigni Regum apparatu neglecto: quinetiam cuncto ſatellitio, & amicorum pariter aut ſanguine conjunctorum, aut virorum etiam principum, ac Præſidiariorum quoque militum comitatu perupto, ad ipſum uſque lectum aſpirant; adeoque nulla rerum illarum, quæ adjuncta corpori ſunt, ratione habita, nihilque vel cubilis aurei ac gemmis unionibuſque diſtincti, vel ſtragulorum partim ſubtiliſſime aranearum more textorum, partim lineo ſubtegmine pictorum, vel denique veſtium coloris figuræque multiplicis aſpectu commoti, detractis etiam aliquando lænis, manus ipſas tractant, preſſiſque venis, pulſuſne ratio ſalutaris ſit, diligenter explorarent: Imo reductis nonnunquam interulis, alvuſne gravior ſit, an inflammatum pectus, an cor præpoſtero ac perturbato motu ſubſiliat: Tum ſuam adhibent propriamque morbo curationem. Sic autem Philoſophos oporteret, qui ſeſe Animæ ſuapte natura Reginæ medicos profitentur, contemptis ac deſpectis omnibus, quæ ſtolidæ hominum opiniones, cæcorum more confingunt, interius ſubeundo mentem ipſam attentare, num ea forte motibus iracundiæ inæquali celeritate vibrantibus ac præter naturam incitatis ageretur: attentare linguam, num aſperior, & in maledicta proclivior; num ſeſe profundat intemperantius,

[e] ἀγαθὸς] Forſan ᾧ ἀγαθοεῖ, ſicut ſupra.

[f] ἄξαντες] Vigerus ἰάσαντες, & ſic rectè.

[g] λίθῳ] Male, ut videtur, præceſſerat enim λιθοκόλλητοι, λίθοι quoque magis lectulis quam ſtragulis cohærent. Quidni vero λίνῳ? Heſych. v. λίνοι—τὰ ὑποστρωνύμενα τοῖς κοιμωμένοις οἱ τινες (ſcribe ὅ τινες) τύλια ἢ νομίζουσιν. Memoratur à Jul. Polluc. Onomaſt. lib. vii. p. 191. λινοξάφες. Sic enim Ille, Σοφοκλῆς ἔφη λινοξάφοις τυλείοις. Idem, lib. x. 39. ᾗ δῆλα τὴ Σοφοκλεῖ ἐν τῇ Ἰοκλῇ λίνοις, ἀλλὰ καὶ λινοξάφοις Τυλείοις. Unde conjicio hic reponi debere λινοξάφης vel λινοξαφώμενα. Licet non diffitendum Caſaubonum in Athen. lib. vii. c. 4. in utroque Pollucis loco reponere λιθογραφές. Confer vero hæc cum Philone p. 1115.

[h] τυφοπλαστοῦσιν] Vigerus reponit τυφλοπλαστοῦσιν, idque magis ex ſtylo Philonis. Vide ſupra p. 426, 719, & 1014. Suid. v. τυφλοπλαστῆται. Τυφλὸς (melius τυφλὼς) ἀναμα ἰᾷ.

custodiæ silentiique prorsus impatiens: attentare ventrem, num insaturabili cupiditate fœdum in modum intumerit: singulas denique perturbationes, morbos, ægritudinesque singulas, si quibus affecta videatur, solertius attentiusque scrutari, ne quibus restitui salus possit, remedia ignoratione prætereant. Nunc vero rerum exteriorum luce perstricti, quod spiritale lumen ferre non possent, perpetuo quodam errore jactat, nunquam ad Reginam usque Rationem aspirarunt, sed ubi ægre admodum vestibulum attigissent, quæ pro virtutis foribus occurrerunt, opes, gloriam, sanitatem, ac cætera id genus, mirati adorarunt. At enimvero summæ est extremæque dementiæ, uti vel colorum cæcos, vel sonorum modulatorum surdos, sic etiam improbos homines verorum bonorum judices adhibere; cum principe sui parte, hoc est mente, capti sint, cui stultitia densissimas tenebras offuderit. Et miramur deinceps, aut Socratem, aut alium quemlibet morum integritatis studiosum continenti penuria laborasse: homines, qui nihil unquam ad vitæ lautitias quærere voluerunt, ac ne illa quidem, quorum sibi vel ab amicis locupletioribus, vel ab ipsis aliquando Regibus, magnam ultro vim munerum ingerentibus, copia fieret, accipere voluerint? cum enim unam illam virtutis possessionem boni honestique nomine dignam esse statuerent, deque una comparanda laborarent, reliquam bonorum turbam valere jusserunt. Et sane, quis non, ut vera germanaque consequatur, spuria facile adulterinaque contempserit? Jam vero, si & mortale corpus sortiti, & humanis casibus involuti cum essent, & in tanta sceleratorum multitudine viverent, ut facile numerus iniri non posset, nonnullorum insidiis odiisque patuere; quid causæ est, quamobrem cum eorum, à quibus oppressi sunt, crudelitatem accusare oporteat, naturam ipsam injuriose criminemur? Quippe si pestilenti cœlo uterentur, hujus illis plane foret subeunda contagio. Atqui vel magis, vel nihilo certe minus, quam pestifera quædam lues, exitialis improbitas est. Et quemadmodum, imbre decidente perplui, si sub dio versabitur, virum sapientem oportebit, eundemque vel frigidiore Borea spirante, frigoris vim subire, vel æstate ardentiori æstuare: (ut enim annuas mutationes corpora sentiant, lex naturæ quædam est.) Ita quisquis in ejusmodi locis habitat, ubi

*Iræque & cædes illic, passimque malorum*
*Turba frequens*

varias illum ac multiplices earum subinde mulctas subire necesse est. Quippe Polycrates enim ille, ad ea scelera, quæ cum injuriose tum impie per-

κακήγορ@, εἰ [x] πετορνδυκῆα καὶ ἀταμίδτ@. Ἁπλεῶς γὰρ γαστρὸς, εἰ ἁπλήςῳ [y] χήμαῖι ἐπιθυμίας διῴδηκε· καὶ ζωόλως παθῶν & νοσημάτων καὶ ἀῤῥωςημάτων, [z] εἰ κεκρᾶῶς δοκεῖ, διερδναῦν ἕκαςον, ἵνα μὴ ϗαμαρῖάνωσι τῶν προσφόρων εἰς τὸ σώζειν. Νυνὶ γὰρ ὑπὸ τ τ ἔξω πθειαυγαδέντες λαμπρότητ@, ἅτε νοητὸν φῶς ἰδεῖν ἀδυνατοῦντες, πλαζόμενοι διετέλεσαν τ αἰῶνα· πρὸς μὲ τ βασιλέα λογισμὸν φθάσαι μὴ δυνηθέντες, ἄχρι γὰρ τ προπυλαίων μόλις ἀφικνούμενοι, καὶ τὰς ὀπὶ θύραις ἀρετῆς, πλοῦτόν τε καὶ δόξαν & ὑγείαν καὶ τὰ ζυγενῆ, τεθωμακότες, προσεκυνῶν. Ἀλλὰ γὰρ ὡς ὑπερβολὴ μανίας, χρωμάτων κρίταῖς χρῆσθαι τυφλοῖς, ἢ κωφοῖς τ κρ' μουσικὴν φθόγγων· ἕτω καὶ φαύλοις ἀνδράσι τῶν πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῶν. Καὶ γὰρ ὅτοι τὸ κυριώταῖον τῶν ἐν αὐτοῖς, διάνοιαν, πεπήρωνται, ἧς βαθὺ ζκότ@ ἀφροσυνη κατέχειν. [a] Εἶτα νῦν θαυμάζομεν, εἰ Σωκράτης, καὶ ὁ δεῖνα τ ατδαίων ἐν πενίᾳ [b] διῆγον; ἄνθρωποι μηδὲν πώποτε τ εἰς πορισμὸν ἐπιτηδεύσαντες, ἀλλὰ μηδ' ὅσα ἢ ϗαὶ φίλων πολυχρημάτων, ἢ ϗαὶ βασιλέων δωρεὰς μεγάλας προτεινόντων, παρῆν, λαβεῖν ἀξιώσαντες· ἕνεκα τοῦ μόνου ἀγαθὸν καὶ καλὸν τῳ τ ἀρετῆς κτῆσιν ἡγεῖται, ᾧ ἂν πονήσωμεν, τ ἄλλων ἀγαθῶν πάντων ἡλόγων. Τίς δ' οὐκ ἂν ἀλογήσαι νόθων ἕνεκα προνοίας τ γνησίων; Εἰ γὰρ σώματ@ θνητὸ μελαλαχίντες, καὶ κηρῶν γέμοντες ἀνθρωπίνων, καὶ μᾶ ποτὲ πλήθος ἀδίκων ζωντες, ὧν οὐδ' ἀριθμὸν εὑρεῖν εὔπορον, ἐπεβαλεύθησαν, τί τῳ φύσιν [c] αἰτιώμεθα, δέον τῳ τ ἐπιθυμούντων κακίζειν ὠμότητα; Καὶ γὰρ εἰ ἐν αἰῶνι γεγόνηπο λοιμικῷ, πάντως ὤφειλον νοσῆσαι. Καλασάσεως γὰρ λοιμικῆς μᾶλλον, ἢ ἀχ' ἧτον, φθοροποιός ἐστιν ἡ κακία. Ὡς δ' ὁπόταν ὑετὸς μᾶ ὄμ@, ἀνάγκη τ ζοφὸν, εἰ ἐν ὑπαίθρῳ ϗάγοι, καλαβρέχεσθαι. Βορέου γὰρ ψυχροῦ καλαπνέοντ@, ῥίγει πιεσθῆναι καὶ ψύχει· θέρους δ' ἀκμάζοντ@ ἀλεαίνεσθαι· τ γὰρ ἐτησίοις τροπαῖς τὰ σώματα ζυμπάσχειν νόμ@ φύσεως. Τὸν αὐτὸν τρόπον τ ἐν τοῖς τοιούτοις χωρίοις ἐνοικοῦντα,

[d] ἔνθα φόνοιτε λιμοίτε, καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν,

[c] ἐναλλάττεσθαι τὰς ἀπὸ τ πιστῶν τιμὰς ἀναγκαῖον. Ἐπεὶ Πολυκράτει γε, ἐφ' οἷς δεινοῖς ἠδίκησε καὶ ἠσέβησε, χορηγὸς ἁπλοῦτησε χείρων

visum.

[c] αἰτιώμεθα] Scribendum αἰτιῶν.

[d] ἔνθα φόνοι, &c.] Versus ex Empedocle, citatus vero à Synesio lib. de Provid. Ibi vero scribitur ἔνθα φόν@ τε κτ@ τε, &c.

[e] ἐναλλάττεσθαι—τίμας] Melius forsan τιμωρίας vel λίμας.

[x] πετορνδυκῆα] Vox male de lingua usurpatur. Forsan πετορηρδυκῆα.

[y] χήμαῖι] Quidni φυσήμαῖι, vel ῥεύμαῖι? Sic enim Nostter p. 1110. τ ῥεῦμα τῆς ἡδονῆς.

[z] εἰ κεκρᾶῶς] Melius, ut videtur, ἃ ἐκκεκρᾶῶς.

[a] εἶτα] Forsan à Philone scriptum ἔτι sicut supra sæpius.

[b] διῆγον] Sic MS. Joh. pro διετέλεσαν, quod etiam Vigero

μὲν

μὲ ἡ τᾶ βίᾳ βαρυδαιμονία. Πρόσθες δ' ὡς ὑπὸ [f] μεγάλᾳ Βασιλέως σκολάζεθο, καὶ προσηλᾶτο, χρησμὸν σκιπιπλάς· οἶδα, ἔφη, καὐτὸν πρὸ πολλᾶ [g] θεωρῆσαι δόξαντα, ὑπὸ μὲ Ἡλίᾳ αὐλείφεσθαι, λόεσθαι δ' ὑπὸ Διός. Αἱ γὰ Διὰ Συμβόλων αἰνιγματώδεις αὗται φάσεις, ἀδηλώμεναι τὸ πάλαι, τᾷ Διὰ τᾶ ἔργων ἀρμοδιοτάτᾳ ἐλάμβανον πίστιν. Οὐκ ἐπὶ τέλει γ' μόνον, ἀλλὰ παρὰ πάντα τ' ἐξ ἀρχᾶς βίον, ἐλελήθει πρὸ τᾶ σώματος τᾷ ψυχᾷ κρεμάμενος. Αἰεὶ γὰ φοβούμενος καὶ τρέμων, τὸ πλῆθος τ' ἐπιθεμένων ἐπίσητο· ζαφῶς ἐξεπισάμενος, ὅτι εὔνους μὲ ἦν ἑνδείς, ἐχθροὶ γ' πάντες δυσπραξίᾳ ἀμείλικτοι. Τᾶς γ' ἀνιαύτω καὶ ζυνεχᾶς [h] ὑλαβείας, μάλιστρες οἱ τὰ Σικελικὰ ζυγγεγράφαντες· οἵ φασιν, ὅτι καὶ τᾷ θυμηρεστάτᾳ ὕποπτον εἶχε [i] γυναῖκα. Σημεῖον δέ· τᾷ εἰς τὸ δωμάτιον εἴσοδον, δι' ἧς φοιτήσειν ἔμελλεν ὡς αὐτὸν, σκέλυσε σορευθῆναι ζανίσιν, ἵνα μὴ λάθῃ ποτε παρεισερπύσασα· ψόφῳ γ' καὶ κλύπῳ τ' ὑπαδάσεως προμηνύῃ τᾷ ἄφιξιν. Εἶτ' οὐκ ἀνείμονα μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσι γυμνᾷ, ἃ μὴ θέμις ὑπ' ἀνδρῶν ὁρᾶσθαι, [k] παρέρχεσθαι. Πρὸς γ' τούτοις, τὸ ζυνεχὲς τᾶ κρ' τᾷ ὁδὸν ἐδάφους, εἰς τάφρα γεωργικᾶς εὖρος καὶ βάθος διακοπῆναι, κρ' δέος μή τι πρὸς ὑπόκλοπα ἀφανῶς ὑπορύπτῃ, ὅπερ ἢ ἅλμασιν ἢ μακραῖς διαδάσεσιν ἔμελλε διελέγχεσθαι.

Πόσων ἄρα κακῶν ὁ ταῦτα σοφιζόμενος καὶ τεχνάζων ὑπὸ γυναικὸς, ἢ πρὸ τ' ἄλλων ὤφελε πισεύειν, μεστὸς ἦν; Ἀλλὰ γὰρ εἰκὸς τοῖς δι' ὀπορράγος ὄρους, ἐπὶ τῷ τὰς ἐν ἀέρᾳ Φύσεις ἀρδηλοτέρως καθανεῖσαι, κρημνοβατᾶσιν· οἳ μόλις φθάνοντες ἄχρι προνενδυκότος αὐχένος, ὅτ' [l] ἀναχωρεῖν ἔτι δυνατόν, πρὸς τὸ λειπόμενον ὕψος ἀπειρηκότες, ὅτε καθαίνειν θαῤῥᾶσι, πρὸς τᾷ ὄψιν τ' χασμάτων ἰλιγγιῶντες. Ἐρασθεὶς γὰρ, ὡς θείᾳ πράγματος καὶ πολυμαχήτᾳ, τυραννίδος, ὅτε μῶσαι ὅτε ἀποδιδράσκειν ἀσφαλὲς εἶναι ὑπελάμβανε. Μένοντι μὲ γὰ ἀλλεπάλληλα ἐπέῤῥει κακὰ ἀμύθητα· βουλομένῳ δ' ἀποδιδράσκειν, ὁ περὶ τᾶ ζῆν ἐπεκρέμαστο κίνδυνος· ὡπλισμένων

petravit, deteriorem iniquæ fortunæ manum operamque fortitus eſt. Sed adde tu porro, qualem ipſe Regis maximi juſſu pœnam ſuſtinuerit, cum ad ſtipitem clavis affigebatur, expletoque oraculo, Memini, inquiebat, mihi etiam me paulo ante viſum, inungi à Sole, à Jove lavari. Denunciationes enim iſtæ ſymbolis, ænigmatum in morem adumbratæ, ut ante hominum intelligentiam fugerent, re ipſa tamen exituque fidem ſui fecerunt longe certiſſimam. Quanquam non ſub exitum modo, ſed etiam toto illo, quo imperavit, tempore, clam ipſe quidem, vere tamen animo prius, quam corpore, ſuſpenſus hæſit. Aſſiduo enim conjugatorum denſa manu irruentium terrore percellebatur, cum probe intelligeret, qui bene intelligeret, qui bene ſibi vellet, neminem, infeſtos ſibi omnes eſſe, ac nulla unquam ſua calamitate placandos. Et vero, quam ſibi anxie perpetuoque metueret (*Dionyſius*) ex rerum Siculorum Scriptoribus conſtat: qui vel ipſam ei quoque obſervantiſſimam licet ac ſuaviſſimam conjugem ſuſpectam fuiſſe tradunt. Nam interioris cubiculi veſtibulum, quo ipſi aditus ad ſeſe foret, tabulato ſterni juſſit, ne quando furtim irreperet, ſed illius adventus ipſo ſubeuntis ſonitu ſtrepituque proderetur. Eam deinde, non modo ſine veſtibus, ſed omnibus etiam, quas à viris videri nefas eſt, partibus nudam intrare voluit. Præterea continens illud, quod viæ objacebat, regii liminis ſolum in ruſticæ foſſæ latitudinem altitudinemque deprimi, ne quid moliendis clam inſidiis comparatum latere poſſet, cum aut ſaltibus, aut longioribus trajiciendi moris facile detegeretur.

Quot obſecro ſcatebat ille miſeriis, qui adverſus uxorem, cui præ cæteris omnibus fidem habere debuiſſet, tam multa compararet atque moliretur? Iis utique perſimilis erat, qui naturas illas, quæ in cœlo verſantur, clarius noſſe cupientes per abruptum præcipitemque montem ingreſſi, ubi vix demum ad prominentem uſque cervicem evaſerunt, nec ultra progredi, ea quæ ſupereſt jugi altitudine fracti debilitatique, poſſunt, nec deſcendere audent, dum ad tantæ ſubjectarum labium hiatuumque vaſtitatis aſpectum attoniti obſtupeſcunt. Nam qui ſemel tyrannidem, perinde ac divinum aliquid atque omni contentione dignum affectaſſet, nec in ea ſe tuto hærere, nec ſe illi ſubducere ſecure poſſe ſtatuebat: quippe ſi hæreret, confertas & inexplicabiles in ſeſe quotidie calamitates confluere; ſin aufugere conaretur, certiſſimum vitæ ſibi periculum imminere: cum tot ſuum in caput, ſi minus

[f] μεγαλᾳ Βασιλέως] Propriè loquendo, non ab ipſo Perſarum rege, ſed ab Oroëte ejus Satrapa Polycrates eſt interfectus. Sic Herodotus lib. iii. c. 121. Cicer. de Finib. lib. v. Et Max. Tyr. Diſſert. v. Emendandus ergo Strabo Geograph. lib. xiv. p. 638. καλαληφθέντα γὰ ἐξ ἀπάτης ὑπὸ Ὀροίτου τοῦ Περσῶν, &c. Ibi ſcribe Ὀροίτου τοῦ σατράπου.

[g] θεωρῆσαι] Forſan μεθωρίζεσθαι. Sic enim Polycratis filiæ ſomnium narrat Herodot. lib. iii. p. 124. ἐδόκεε οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ ἀέρι μετέωρον ἔσθαι, λοῦσθαι μὲν ὑπὸ Διός, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου Σικελικά.

[h] ὑλαβείας] Manca omnino oratio. Sequentia enim oſtendunt non de Polycrate, ſed de Dionyſio agi; cujus nomen excidiſſe videtur è Textu. Scribe σωνιχᾶς Διωνυσίᾳ ὑλαβείας.

[i] γυναῖκα] Utraſque uxores ſuſpectas habuit, teſte Cicerone Tuſc. quæſt. lib. v.

[k] παρέρχεσθαι] Forſan περιέρχεσθαι.

[l] ἀναχωρεῖν] Melius in margine ſcriptum à Vigero, ἄνω χωρεῖν.

corpo-

corporibus, at animis certe quidem armatos esse intelligerit. Atque id ipsomet Dionysii facto satis superque constat, quo ipsum ad eum refellendum, qui felicem tyrannorum vitam esse dictitabat, usum esse fuerunt. Hominem cum ad lautum valde opiparumque convivium invitasset, peracutam securim, quæ summis ejus cervicibus immineret, tenuissimo funiculo suspendi jussit. Quam ille ubi accubuisset, repente suspiciens, cum nec surgere præsente Tyranno auderet, nec cibi ullius suavitatem degustare præ nimio timore posset, vim tantam exquisitissimarum deliciarum aspernatus, supina cervice intentoque vultu, momentis singulis interitum expectabat suum. Hic Dionysius sensum hominis animumque pervidens. Jamne nosti, inquit, vitæ hujus nostræ tam splendidæ tamque expetitæ conditionem? Talis enim profecta illa est, nisi si quis fucum ipse sibi facere voluerit. Abundat opibus illa quidem, bono tamen penitus frui nullo potest: sed assiduis continuisque terroribus, inextricabilibus periculis, morbo denique agitatur, qui cancro tabeque omni durior, perpetuum & insanabile importat exitium. At imperiti plerique ac stolidi, illustri nescio qua specie pompaque decepti, persimiles iis sunt, qui se à putidis meretriculis inescari patiuntur, quæ deformitatem corporis, cultu, auro, multisque medicamentis obtegentes, dum nihil habent veræ pulchritudinis, adulterinam ac spuriam irretiendis spectatoribus moliuntur.

Eadem homines nimium beati fortunæ laborant iniquitate, cujus ipsi vim & magnitudinem, quam suopte sibi arbitrio sensuque fixerunt, premere taciti ac dissimulare non possunt. Sed quemadmodum arcana pandere nonnulli solent, necessitate compulsi voces illi quasdam emittunt longe verissimas, atque acerbitate calamitatis extortas: dum in suppliciorum partim præsentium, partim impendentem consortio vivunt, altilium pecudum simillimi, quæ ad sacrificium saginantur. Illis enim ad lanienam curæ plurimum ac solicitudinis impenditur, quo epulum ex sese lautius præbere possint. Quinetiam pœnas à quibusdam sacrilegiorum suorum palam ac manifeste persolutae fuisse constat. Quorum & hoc loco seriem texere, quia inutilis operæ fuerit, exemplum unum duntaxat omnium instar proferre contentus ero. Igitur sacri Phocensis belli Scriptores memoriæ prodiderunt, cum lex sacrilegum aut dari præcipitem, aut in mare demergi, aut igne cremari juberet, tres illos, qui Delphicum templum spoliaverant, Philomelum, Onomarchum, & Phayllum, inter se tria illa suppliciorum genera divisisse. Quippe unum enim illorum, cum per difficilem ac salebrosum montem incederet, disrupto saxo præcipitem actum, ejusque mole obrutum periisse. Alterum equo,

εἰ μὴ τοῖς σώμασιν, ἀλλά τοι τοῖς διανοίαις κατ' αὐτόν. Δηλοῖ δὴ καὶ τὸ ἔργον, ᾧ πρὸς [m] τὸν μακαρίζοντα τὸν τῶν Τυράννων βίον φασὶ χρήσασθαι Διονύσιον. Καλέσας γὰρ αὐτὸν ἐπὶ λαμπρόταται καὶ πολυτελεστάτῃ δεῖπνα ἐθαυμάσθη, ἐκ μεμέτρηται πάνυ λεπτῆς προσέταξεν ἠκονημένον ὑπεραιωρηθῆναι τέλεκυν. Ἐπεὶ δὲ καταπλαγεὶς εἶδεν αἰφνίδιον, ὅτ' ἐξανασχῆναι θαρρῶν διὰ τὸ τύραννον, ὅτ' ἀπολαῦσαί τινων τῶν παρεσκευασμένων διὰ δεῖνα οἷός τε ὢν, ἀφθόνων καὶ πλουσίων ἀπογήσας ἡδονῶν, ἀνατείνας τὸν αὐχένα καὶ τὰς ὄψεις, ἐκαραδόκει τὸν οἰκεῖον ὄλεθρον. Σωεὶς δ' ὁ Διονύσιος· ἆρ' ἤδη καταγνοεῖς, ἔφη, τὸν ἀοίδιμον καὶ θεομάχητον ἡμῶν βίον; Ἔστι δὲ πιθανὸς, εἰ μὴ βούλοιτό τις ἑαυτὸν φενακίζειν· ἐπειδὴ θεμέχει παμπληθεῖς μὲν χορηγίας, ἀπόλαυσιν δ' ἀδενὸς χρησάς· φόβους δ' ἐπαλλήλους, καὶ κινδύνους ἀνηκέστους, καὶ νόσον ἑρπητώδους καὶ φθινώδους καλεπωτέραν, ἀθεράπευτον ἀεὶ φέρουσαν ὄλεθρον. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνεξετάστων ὑπὸ τῆς λαμπρᾶς φανερότητος ἀπαλώμενοι, ταὐτὸν πεπόνθασι τοῖς αἰσχιστρομμύοις ὑπὸ τῶν εἰδεχθῶν ἑταιρειδίων· ἃ τὴν δυσμορφίαν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, καὶ τῇ τῆς ὄψεως ὑπογραφαῖς ἐπισκιάζοντα, γνησίᾳ κάλλους ἀπορίᾳ, νόθον ἐπ' ἐνέδρᾳ τῶν θεωμένων δημιουργεῖ.

Τοιαύτης γέμουσι βαρυδαιμονίας οἱ λίαν εὐτυχεῖς, ἧς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοὶ δικάσαντες παρ' ἑαυτοῖς ἀεὶ φέρουσιν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰ [n] ἄρρητα ὑπ' ἀνάγκης ἐκλαλοῦντες, ἀφιᾶσι τὰς ἐκ πάθους ἀψευδεστάτας φωνὰς, ἐπὶ ζωαρσίᾳ τιμωρίαν καὶ παρασῶν καὶ προσδοκωμένων ζῶντες, καθάπερ τὰ θρεμμάτων τὰ πρὸς ἱερουργίαν πιαινόμενα. Καὶ γὰρ ταῦτα τῆς πλείστης ἐπιμελείας ἐπὶ τῷ φαγῆναι τυγχάνει, διὰ πολύκρεων ἀωχίαν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ περὶ [o] χρημάτων ἀσεβῶν οὐκ ἀδήλως, ἀλλὰ φανερὰς ἔδοσαν δίκας, ὧν τὰ πλήθη καταλέγεσθαι, περιττὸς πόνος· ἀποχρῆ δ' ἓν ἔργον παράδειγμα πάντων ἐσάναι. Λέγεται πάνυ ὑπὸ τῶν ἀναγεγραφότων τὸν ἱερὸν πόλεμον τὸν ἐν Φωκίδι, νέμει κειμήλιᾳ, τὸν ἱεροσυλον καταχρημίζεσθαι, ἢ καταποντοῦσθαι, ἢ καταπίμπρασθαι· τρεῖς ζυλήσαντας τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν, Φιλόμηλον καὶ Ὀνόμαρχον, καὶ Φάϋλλον, διανείμασθαι τὰς τιμωρίας. Τὸν μὲν γὰρ διὰ λέφρου τραχέως καὶ λιθώδους, ῥαγείσης πέτρας καταχρημνηθῆναί τε καὶ καταλυθῆναι· τὸν δὲ, ἀφιππάσαντα τοῦ κομίζοντος

[m] τὸν μακαρίζοντα] Damoclem scilicet, cujus nota historia. Vide Ciceron. Tusc. quæst. lib. v.

[n] ἄῤῥητα] Forsan λαλῆσαι τὰ.

[o] περὶ χρημάτων ἀσεβῶν] Melius forsan περὶ χρήματα ἀσεβῆσαι.

ἵππου,

ἵππῳ, καὶ μέχρι θαλάσσης καταβάντα, ὑπιδραμόντα τὸ πελάγους, εἰς ἀχανῆ βυθὸν αὐτῷ ζώῳ καταδῦναι· Φάυλλον δὴ ° φθινώδει νόσῳ. (διττὸς γὰρ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος) ζωλακῆναι, ἢ ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ ζωεμπρησθέντα ἀπολέσθαι. Ταῦτα μὲν οὖν φιλονεικότατον λέγειν ἀποδῆναι καὶ τύχῃ· εἰ μὲν γάρ τινες, ἢ ἐν διαφέρουσι καιροῖς, ἢ ἑτέραις ἐκολάσθησαν τιμωρίαις, εἰκὸς ἦν τὸ ἄσταθμον τῆς τύχης προφασίζεσθαι· πάντων δ' ἀθρόως, καὶ ^q ὑφ' ἕνα καιρὸν, καὶ μὴ ἑτέραις τιμωρίαις, ἀλλὰ ταῖς προειρημέναις ἐν τοῖς νόμοις κολασθέντων, εὔλογον φάσκειν, ὅτι Θεοῦ δικάσαντος ἁλῶσαν. Εἰ δέ τινες τῶν ὑπολειφθέντων βιαίων, καὶ τοῖς πλήθεσιν ἐπαναστάντων, καὶ ἀνδραποδισαμένων, οὐ μόνον δῆμος ἕτερος ἀλλὰ καὶ πατρίδας τὰς ἑαυτῶν, ἀτιμώρητοι διετέλεσαν, θαυμαστὸν οὐδέν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὁμοίως ἄνθρωπος δικάζει καὶ Θεός. Διότι τὰ μὲν φανερὰ ἡμεῖς ἐρευνῶμεν, ὁ δὲ ἄχρι μυχῶν ψυχῆς εἰσδυόμενος ἀψοφητὶ, καθάπερ ἐν ἡλίῳ, λαμπρὰν διάνοιαν αὐγάζει· ἀπαμπίσχων μὲν τὰ περίπλα, οἷς ἐγκεκάλυπται, γυμνὰ δὲ περιαθρῶν τὰ ^r βλήματα, καὶ διαγινώσκων οὗτος τά τε πρόσημα καὶ δόκιμα.

Μηδέποτ' οὖν τὸ οἰκεῖον δικαστήριον τοῦ θείου προκρίναντες, ἀψευδέστερον αὐτὸ καὶ ἀβλαβέστερον εἶναι φῶμεν· οὐ γὰρ ἔστιον. Ἐν ᾧ μὲν γὰρ πολλὰ τὰ ζφάλλοντα· ἀπατηλαὶ αἰσθήσεις, πάθη ἀβέβαια, κακιῶν ὁ βαρύτατος ἐπιτειχισμός· ἐν ᾧ δέ, οὐδὲν μὲν τοῦ ἐπ' ἐξαπάτῃ, δικαιότης δὲ καὶ ἀλήθεια, οἷς ἕκαστον βεβουλόμενον, ἐπαινετῶς ^s ἐξορθοῦσθαι πέφυκεν. Ἔπειτ', ὦ γυναῖε, μὴ νομίσῃς ἀλυσιτελὲς ^t ἐπίκαιρον εἶναι τυραννίδα. Οὐδὲ γὰρ ἡ κόλασις ἀλυσιτελὲς, ἀλλὰ τιμωρίας διδόναι τοῖς ἀγαθοῖς ἢ ὠφελιμώτερον, ἢ σὸκ ἀποδέον. Οὗ χάριν, ἐν ἅπασι μὲν τοῖς ὀρθῶς γραφεῖσι παρείληπται νόμοις· οἱ δὲ γράψαντες, ὑπὸ πάντων ἐπαινοῦνται. Ὅπερ γὰρ ἐν δήμῳ τύραννος, τοῦτ' ἐν νόμῳ κόλασις. Ἐπειδὰν οὖν ἔνδεια μὲν καὶ πάνυ δεινὴ καταλάβῃ τὰς πόλεις ἀρετῆς, ἀφθονία δ' ἀφροσύνης ἐπιπολάσῃ, τότε καῦτα ὁ Θεὸς, ὥσπερ ῥεῦμα χειμάρρου, τότε φορᾶν τῆς κακίας ἀποχεῦσαι γλιχόμενος, ἵνα καθάρῃ τὸ γένος ἡμῶν· ἰσχὺν καὶ κράτος δίδωσι τοῖς

cui tum incidebat, habenis excuſſis, in mare ipſum deſiliente, inundantis æſtus impetu abreptum, & immenſo gurgite una cum ipſo quadrupede hauſtum fuiſſe. Phayllum denique aut fœda tabe conſumptam eſſe, aut ſimul cum Abenſi templo conflagraſſe: duplex enim ejus de morte fama circumfertur. Enimvero ſine cauſa iſta contigiſſe, nemo unquam niſi contentioſiſſimus dixerit. Nam ſi unus aut alter, ſi diverſis temporibus, ſi alia pœnarum genera ſubiiſſent, fortunæ mutabilitas & inconſtantia prætexi fortaſſe poſſet. Nunc vero, cum & ſimul omnes, & ſub idem tempus, nec aliis quam lege ſancitis affecti pœnis fuerint, utique fatendum eſt reos illos divino judicio peractos damnatoſque periiſſe. Quod ſi ex tyrannis reliquis, nonnulli cum multitudinem oppreſſiſſent, nec alios tantum populos, ſed patriam quoque ſuam in ſervitutem redegiſſent, nullas tamen pœnas ſubirent, nihil profecto mirum. Primum enim longe aliud hominis eſt, aliud DEI judicium: cum obvia ſolum ac manifeſta quæque rimari & explorare ſoleamus, Deus autem in intimas uſque animorum latebras atque receſſus abſque ullo ſtrepitu ſubiens ac penetrans, mentem ipſam perinde ut in Sole conſpicuam illuſtremque pervideat, ac ſubductis, quibus tegebatur, involucris omnibus, conſilia ſenſuſque nudos contempletur, & quicquid fucatum adulterinumque fuerit à probo legitimoque ſecernat.

Caveamus ergo, ne judicium ipſi noſtrum divino illi, tanquam verius ac ſapientius, anteferre unquam velimus. Nefas enim id prorſus. In noſtro quippe fraudis multi ſunt erroriſque fontes, ſenſuum fallaciæ, perturbationum inſidiæ, objectæ ſcelerum moles graviſſimæ. In divino autem, quod decipiat, omnino nihil: æquitas contra veritaſque regnant, quibus expenſa conſtitutaque ſingula laudabiliter ſolent feliciterque ſuccedere. Deinde vero, cave ſis, mi homo, inutilem, in tempus ſaltem aliquod, tyrannidem arbitrere: neque enim punitio ſupervacaneum quiddam eſt, ſed potius expeti exigique pœnas, aut viris etiam probis utilius eſt, aut ab iis certe non alienum. Itaque cum id optimis quibuſque legibus comprehenſum eſſe, tum ipſos quoque illarum auctores ab omnibus laudari videmus. Enimvero quod tyrannus in populo, hoc ipſum in lege punitio eſt. Ubi ergo ingens quædam urbes virtutis penuria ſolitudoque pervadit, ubi exiſtit paſſim abundatque vecordia: tum Deus hanc improbitatis colluviem, non ſecus ac curſum aliquem impetumque torrentis, derivare cupiens, omnem ut generi noſtro labem eximat, homines natura ſua imperioſos vi ac poteſtate armat. Nec

° φθινώδει] MS. Joh. φθινάδι, idque rectius. Vox enim iſta frequentius à Philone uſurpatur. Lib. de Pœnis p. 933. φθινάσι τηκεδόσι. Sophocl. Antigone p. 249. φθινάσι πλαγέντα νόσοις. Similiter Diodorus lib. xvi. de hoc ipſo Phyllo agens, φθειριῶν νόσῳ φθινάδι.

P γὰρ] Melius δέ. Mox poſt εἰκὸς, ſcribe ἂν ἦν.

q ὑφ' ἕνα καιρὸν] Aliter Diodorus, qui docet Philomelum, Onomarchum & Phayllum, eodem quidem in bello ſed temporibus diverſis interiiſſe; vide lib. xvi.

r βλέμματα] Melius βλαύματα. Mox ſcribe τὰ δόκιμα.

ſ ἐξορθοῦσθαι] Forſan καλορθοῦσθαι.

t ἐπίκαιρον] Vigerus reponit ἐπὶ καιρόν. Melius vero, ut videtur, ἐπὶ καιρῶν, *interdum*. Sic enim Philo lib. de Abraham. p. 359. ἡ πόλις ἐπὶ καιρῶν—ἐνῆσαι. Idem p. 932. δίκλαυσόταται γίνοιτ' ἂν ἐπὶ καιρῶν, & alibi ſæpius. Similiter Demoſthen. de Legat. Fat. p. 263.

enim purgari ſcelus niſi ab animo acerbiore poteſt. Et quemadmodum Reſpub. adverſus homicidas, proditores, & ſacrilegos, carnifices alunt, non quod eam vitæ rationem inſtitutumque laudent, ſed quod utilem eorum operam eſſe intelligant: Ita ſummus ille magnæ mundi hujus Reip. Moderator, tyrannos iis nonnunquam civitatibus, perinde ac tortores publicos præficit, quas vi, injuriis, impietate, ac cæteris criminibus redundare intelligat, ut compreſſa mali contagio tandem aliquando ſopiatur. Tum enimvero illos ipſos pœnarum auctores, quod in iis infligendis improbitatem ipſi ſuam, & propriam animi crudelitatem ſequuti fuerint, præ cæteris omnibus tanquam ſceleris ac nequitiæ principes ſevere graviterque punit. Quemadmodum enim vis ignis ejuſmodi eſt, quæ objectam depaſta materiam, ſeſe tandem ipſa conficiat atque conſumat: Ita qui ſibi auctoritatem in populos imperiumque ſumpſere, ii ſpoliatis, & hominibus exhauſtis civitatibus, pœnas ipſi denique luentes univerſorum, digno inſuper tolluntur exitio. Quid mirum autem, ſi hominum improbitatem in urbibus paſſim, regionibus, populiſque graſſantem, Tyrannorum manu Deus exterminet; cum ipſemet nulla cujuſquam uſus opera, id ipſum per ſeſe nonnunquam efficiat, famem, peſtilentiam, terræ motus, ac cæteris id genus calamitates cœlitus immittendo, quibus vis hominum ingens quotidie tollitur, parſque magna terrarum, dum virtuti conſultum eſſe vult, incolis exhauritur?

Verum, ſatis opinor, quantum ſaltem poſtulabat hic locus, improbum neminem vere beatum eſſe oſtendimus: quo potiſſimum argumenti genere Providentiam eſſe conficitur. Si tamen necdum omnino facta tibi fides eſt, age quicquid adhuc hæret ſcrupuli, fidenter eloquere: ambo enim conjuncta opera ſtudioque facilius, utra ex parte ſtet veritas, cognoſcemus.

Tum aliquot interjectis: Vim inquit, illam impetumque ventorum & imbrium, non jam in Nautarum, ut putabas, Agricolarumque perniciem, ſed in generis hominum univerſi utilitatem ac fructum Deus excitare ſolet. Aquis enim terras, ventis totam illam, quæ infra Lunam eſt, regionem purgat: utroque vero animantes ac plantas alit, auget, ac perficit. Quod autem, qui alieno tempore, ſi navigant, ſive terram colunt, aliquid inde nonnunquam detrimenti capiant, mirum nihil: pars enim hominum perexigua ſunt, cura vero ac providentia generis eſt univerſi. Quemadmodum igitur Athletis inungendis utilis olei copia in Gymnaſio eſt, cum tamen exigentibus aliquando Reipub. temporibus, certaminis ſolenne tempus Gymnaſii Moderator immutet, quo fit, ut ſerius Athletæ nonnulli conve-

τὰς φύσεις ἀρχικοῖς. [x] Ὠμῆς γὰρ δίκα ψυχῆς ἀ καθαίρει) κακία. Καὶ ὅπερ τρόπον αἱ πόλεις ἐπ' ἀνδροφόνοις, καὶ προδόταις, & θεοσύλοις δημίους ἀναιρέθσιν, ἀ τῷ γνώμῳ ἀποδεχόμθαι τ ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸ τ ὑπηρεσίας χρήσιμον ἐξεβάζθσαι· τ αὐτὸν τρόπον, καὶ ὁ τ μεγαλοπόλεως, τῶδε τῷ κόσμῳ, Κηδεμὼν, οἷα [y] δημίους κοινὰς, ἐφίςησι τὰς τυράννους ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἂν αἵθη) βίαν, ἀδικίαν, ἀσέβειαν, τὰ ἄλλα κακὰ πλημμύρονλα, ὅπως ἤδη ποτὲ σάντα λωφήση. Τοιγαροῦν καὶ τὰς αἰτίας, ὡς ἐκ [z] δυσκαθάρλ καὶ ἀνηλεοῦς ψυχῆς ὑπηρετήσανλας, ἐφ' ἅπασιν, ὥσπερ τινὰς κορυφαίας ἀξιοῖ μετέρχεσθ. Καθάπερ γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς δυνάμις, ὅταν πλεονληθεῖσαν ὕλλω ἀναλώσῃ, τελευταῖον αὐτὸ ἀπανέμει) τοῦτον τ τρόπον καὶ οἱ ἐπὶ πᾶς πλήθεσι δυναςείας εἰληφότες, ὅταν δαπανήσανλες τὰς πόλεις, κενὰς ἀνδρῶν ἐργάσων), τὰς ὑπὲρ ἁπάντων τίνονλες δίκας ἀπιδιαφθείρον). Καὶ τί θαυμάζομεν, εἰ ὀλίγα τυράννων ὁ Θεὸς κακίαν ἀναχυθεῖσαν ἐν πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ ἔθνεσιν ἀποδιοπομπεῖτω; Πολλάκις γὰρ μὴ χρώμθ ὑπηρέταις ἄλλοις, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῦτ' ἐργάζε)· λιμὸν ἐπάγων, ἢ λοιμὸν, ἢ ζεισμὸν, & ἴσα ἄλλα θεήλαλα, οἷς ὅμιλοι μεγάλοι καὶ πολυάνθρωποι καθ' ἑκάςλω ἡμέραν ἀπόλλω), καὶ πολλὴ μοῖρα τ οἰκυμθμης ἐρημῶται, ὀλὶγα προμήθειαν ἀρετῆς.

Ἱκανῶς μὲ ἂν εἷς γε τὰ παρόνλα, περὶ τοῦ μή τινα τ φαύλων εὐδαιμονεῖν, ὡς οἶμαι, λέλεκ)· δι' ὧν μάλιςα παρίςαλαι τὸ εἶναι πρόνοιαν. Εἰ δ' μηδέ πω πέπεισαι, τ ἐθ' ὑποκυρῆνλα ἐνδοιασμὸν εἰπὲ θαῤῥῶν· ἀμφότεροι γὰρ, ἢ ταὐληθὲς ἔχ, [a] ζωδιαπονήσανλες εἰσόμεθα.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν φησίν· ἀνέμων καὶ ὑετῶν φορὰς οὐκ ἐπὶ λύμῃ τ πλεόνλων, ὡς ἐνόμιζες, ἢ γεωργούνλων, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς ἡμῶν γένους ὁ Θεὸς ἐργάζε). Ὕδασι μὲ γὰρ τὴν γῆν καθαίρ, τ δ' ὑπὸ Σελήνην ἅπαντα χῶρον πνεύμασιν· ἀμφοτέροις δ' ζῶα καὶ φυτὰ τρέφ, καὶ αὔξει, & τελεσοῖ. Εἰ δ' τὰς μὴ ἐν καιρῷ πλωτῆρας ἢ γεωπόνους ἐςὶν ὅτε βλάπλει, θαυμαςὸν οὐδέν. Βραχὺ γὰρ ἔτοι μέρος· ἡ δ' ἐπιμέλεια τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους. Ὥσπερ οὖν τὸ ἐν τῷ Γυμνασίῳ ἄλειμμα τίθε) μὲ ἐπ' ὠφελείᾳ, πολλάκις δ' ὁ Γυμνασίαρχ ἕνεκα πολιτικῶν χρειῶν, ὥρας τῆς ἐν ἔθει μετέθηκε τῷ τάξιν, δι' ἧς ὑςέ-

[x] Ὠμῆς] Citantur hæc ab Anton. lib i. ſer. 7.
[y] δημίους κοίνας] Scribe δημοσίους. Et vide Harpocrat. Et Heſych. v. δημόσιον.
[z] δυσκαθάρλ] Forſan δυσκαθέκλ.
[a] ζωδιαπονήσανλες] Scribe σωδιαπορήσανλες.

ρησαν ἔνιοι τ̃ ἀλειφομμ́ων· ὅτω γ̀ ὁ Θεὸς, εἶα πόλεως, τ̃ πανὸς ἐπιμελόμμ̣ον κόσμ̣ον, θέρη χειμαίνοντα, καὶ χειμῶνας [b] ἐαρίζοντας εἰωθε ποιεῖν, ἀλλὰ τ̃ τ̃ παντὸς ὠφελείᾳ· κἂν εἰ ναύκληροί τινες ἢ γ̃ς ἐργάται μέλλοιεν ἢ τούτων ἀνωμαλίαις ζημιοῦσθ. Τὰς μὲν τ̃ στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς, ἐξ ὧν ὁ κόσμ̣ος ἐπάγη καὶ ζωίσηκεν, εἰδῶς ἀναγκαίταταν ἔργον, ἀκωλύτως παρέχει· πάχναι γ̀ νιφάδες, ℭ ὅσα ἐμετέροπα, αἰρ̣ὶ ἐπακολουθεῖ καταψύξει. καὶ πάλιν προσερέξει καὶ πλαρέψει νεφῶν, ἀστραπαί τε καὶ βρονταί. Ὧν οὐδὲν [c] ἴσως κ̃ προνοίαν· ἀλλ' ὑετοὶ γ̀ πνεύματα, ζωῆς γ̀ τροφῆς ℭ αὐξήσεως τοῖς περὶ γ̃ν αἴτια, ὧν ταῦτα ἐπακολουθήματα. Οἷα, Γυμνασιάρχα φιλοτιμίαις πολλάκις ἀνεμμένας ποιουμένου δαπάνας, ἀνθ' ὕδατ̣ος ἐλαίῳ [d] καταιονόμενοί τινες τ̃ ἀπειροκάλων, εἰς τὸ ἔδαφ̣ος ῥανίδας ἀποσάζουσιν· ὁ δ' ἐλιωθρότατ̣ος αὐτίκα γίνετ̣ πηλός. Ἀλλ' οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι, τ̀ πηλὸν γ̀ τ̀ ὄλισθον προμηθείᾳ τ̃ Γυμνασιάρχα γεγονέναι, παρηκολουθηκέναι δ' ἄλλως τῇ ἀφθονίᾳ τ̃ χορηγιῶν ταῦτα. Ἶρις δ' γ̀ Ἄλως, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, πάλιν ἐσὶν [d] αὐτῶν ἐγκεραμμ́ων τοῖς νέφεσιν ἐπακολουθήματα, οὐκ ἔργα φύσεως προηγούμενα, φυσικαῖς δ' ἐπισυμβαίνοντα ἔργοις. Οὐ μὴν ἀλλὰ παρέχει τινα γ̀ ταῦτα χρείαν ἀναγκαίαν τοῖς φρονιμωτέροις· νιφετοὺς γ̀ γ̀ πνεύματα, ὑδρίας τε γ̀ χειμῶνας, ἀπὸ τούτων τεκμαιρόμμ̣οι, προλέγουσι. Τὰς μὴ πόλιν στοὰς οὐχ ὁρᾷς; τούτων αἱ πλείους πρὸς μεσημβρίαν νενεύκασιν, ὑπὲρ τ̃ τὰς ἐμπερπατούσας χειμῶν̣ος μὴ ἀλεαίνεσθ, θέρους δ' καταπνεῖσθαι. Παρακολουθεῖ δέ τι καὶ ἕτερον, ὃ μὴ τῇ γνώμῃ τ̃ καταγνωστὸν ἐπιγίνετ̣). Τί δ' τοῦτ' ἐσιν; αἱ ἀπὸ τ̃ ποδῶν σκιαὶ σκιαὶ, τῇ ἡμετέρᾳ πείρᾳ σημαίνουσι τὰς ὥρας. Καὶ μὴν δ' τὸ πῦρ φύσεως ἀναγκαιότατον ἔργον· ἐπακολούθημα δ' τούτ̣ω, καπνός· ἀλλ' ὅμως παρέχεταί τινα ὠφέλειαν, ἔσιν ὅτε, γ̀ αὐτός. Ἐν γὰρ ταῖς μεθημερινᾶις πυρσείαις, ἡνίκα τὸ πῦρ ὑπὸ τ̃ ἡλιακῶν καταλαμπόμμ̣ον αὐγῶν ἐξαμαυροῦται, καπνῷ μόνῳ δ) πολεμίων ἔφοδ̣ος. Οἷός γ' ἂν δοκεῖ τ̃ Ἶριδ̣ος, πιστ̣ὸς γ̀ ἐπὶ τ̃ σκιαγραφίαν ὁ λόγ̣ος. [e] Θείαις φύσεσι γὰρ Ἡλίου γ̀ Σελήνης ἐπακολουθοῦσιν σκιαγραφίαι· αἱ δ' μόνῳ μάλιστά εἰσιν, ἢ βασιλέων τελευτῆς, ἢ πόλεων φθορᾶς· ὃ γ̀

nian: ſic Deus, mundum hunc totum, perinde ut civitatem aliquam gubernans, æſtates interdum hyemi perſimiles, verique geminas hyemes univerſi commodo invehere conſuevit, tametſi nautis coloniſve quibuſdam infeſtior ea tempeſtatum inæqualitas ſit futura. Nam mutuas illas quidem Elementorum mutationes, ex quibus mundus iſte coaluit, etiamque conſiſtit ac viget, quòd ſummam earum neceſſitatem pervideat, nunquam fieri prohibet: at vero pruinæ, nives, atque id genus reliqua, cœli refrigerationem, quemadmodum & nubium colliſionem attritumque fulgura atque tonitrua conſequuntur. Quorum adeo Providentiæ conſilio exiſtit fortaſſe nihil; ſed pluviæ ſolum atque venti: quibus ea, quæ terræ ſinu continentur, vivunt, aluntur, & creſcunt: quibuſque antegreſſis cætera illa vulgo ſubſequuntur. Ut enimvero, ſi qui forte minus elegantes ac politi, cum Gymnaſii Moderator voluptarios, ut ſæpe accidit, magnificentiæ ſtudio, ſumptus fecerit, unguentis pro aqua perfuſi, labentibus guttis ſubjectum ſolum irrigarint, unde lutum admodum lubricum oriatur: nemo quidem, ſi ſapiat modo, Gymnaſiarchæ conſilio lutum iſtud lubricumve contigiſſe dixerit, ſed utrumque caſu quodam ex tanta unguentorum copia conſequutum fuiſſe. Iris ſimiliter, Corona, & cætera id genus, ex radiis ſeſe medias in nubes immiſcentibus conſequuntur, eoque non principalia quædam naturæ opera ſunt, ſed potius ad res naturales accedunt. Quanquam & ſolertioribus ipſa quoque neceſſario cuidam uſui eſſe ſolent: qui ex illorum aſpectu, aut ſudum fore ſerenumque cœlum, aut ventos ac tempeſtates imminere præſentiunt, atque prænunciant. Num tu porticus illas tota urbe vides? ſpectant pleræque omnes meridiem, ut inambulantes hyeme quidam incaleſcant, æſtate vero, aura vehementiore perflentur. Cæterum aliud quiddam eo ex ſitu conſequitur, quod omnino præter ejus qui porticum molitus eſt, animum mentemque contingit. Quid tandem illud? quod projectæ pedibus umbræ, horas nobis quotidiana quadam experientia denotent. Sic ignis opus eſt naturæ perneceſſarium; fumus autem, ut ejus quædam quaſi acceſſio ſit, habet tamen interdum commoditatis aliquid ipſe quoque: cum enim faces interdiu tolluntur è ſpeculis, Soliſque radii ſplendorem ignis extinguunt, fumo ſaltem indidem prorumpente hoſtium adventus indicatur. Porro quod de Iride ſtatuimus, idem etiam de Solis ac Lunæ defectionibus ſentiendum eſt. Quæ quidem ita divinioribus utriuſque Aſtri naturis accidunt, ut ſimul imminentem aut Regibus interitum, aut civitatibus peſtem denuncient. Id quod etiam

[b] ἐαρίζοντας] Vide lib. de Monarch. p. 824.

[c] ἴσως] Dura profecto ſententia, & Philone, qui ubique ſanctiſſimè de Deo ſentit, indigna. Forſan ab eo ſcriptum primâ manu, οὐθές.

[d] καταιονόμενοι] Anne καταιονόμενοι?

[d] αὐτῶν] Vigerus reponit ἀκτίνων. Forſan levi mutatione ſcribi poteſt αὐγῶν. Similiter ſupra p. 938. reponimus αὐγοειδῶς pro αὐτοειδῶς in Editis. Infra quoque ſcribitur ἡλιακῶν αὐγῶν.

[e] Θείαις] Male, ut opinor. Neque enim Noſter ſenſiſſe unquam videtur naturas ſolis & lunæ eſſe divinas. Quidni vero reponatur ταῖς φύσισι?

Pindarus,

Pindarus, cum ſimilis defectio contigiſſet, laudatis ſupra carminibus indicavit. Lacteus item Circulus, cum ejuſdem plane, cujus aſtra cætera, naturæ ſit, ut cauſas habeat explicatu difficiles, abſit tamen ut animum hoc in genere deſpondeant, qui rerum naturalium rationes indagare ſolent. Cum enim cauſam ejuſmodi aliquam inveniſſe utiliſſimum eſt, tum vel eam inveſtigare, hominibus ſciendi cupidis, per ſeſe jucundiſſimum. Quemadmodum igitur Sol atque Luna, ſic etiam quicquid in Cœlo eſt, ut à rimandis ſingulorum naturis ac viribus, aſſequendi deſperatione, abſtinendum ſtatuamus, divina Providentia perfectum eſt. At vero terræ motus, peſtilentiæ, fulminum caſus, aliaque id genus, immitti divinitus illa quidem, ſed minus vere, dicuntur; nullius enim omnino mali cauſa Deus eſt; ſed ex Elementorum mutationibus ita gignuntur, ut præcipua quædam ac primaria naturæ opera non ſint, verum ex neceſſariis atque primariis tantummodo conſequantur. Quod ſi, eorum etiam nonnulli, qui probi videbantur, iis interdum calamitatibus & exitiis involvantur, cauſæ tamen nihil eſt, quamobrem divinæ gubernationis ratio accuſetur. Primum enim, probi continuo re ipſa non ſunt, quotquot eſſe arbitramur, cum humanæ cogitationes atque conſilia divinorum judiciorum certitudine longe multumque ſuperentur. Deinde vis illa Providentiæ res mundi parteſque præcipuas maxime ſpectare ac moderari ſolet, quemadmodum in regnis ipſis ac militaribus imperiis fieri videmus, ut civitatum & exercituum integrorum, non abjecti cujuſlibet obſcurique capitis ſalutem Regum & Imperatorum cura complectatur. Addunt quoque hoc loco nonnulli, ſicut in tyrannorum cædibus, propinqui etiam atque cognati legum auctoritate tolluntur, ut cæteri à ſimilibus injuriis atque ſceleribus ſupplicii magnitudine revocentur: ſic morborum exitialium contagione innocentes aliquot perire, ut reliqui tanto ante his exemplis eruditi moderari ſeſe ac continere diſcant: ut illud omittam, quandam iis, qui morbido cœlo involvantur, contrahendi morbi non ſecus atque illis, qui navi tempeſtatibus jactata vehuntur, ſubeundi æqualiter periculi neceſſitatem imponi. Jam feroces illæ valenteſque beſtiæ (nec enim prætereundum illud eſt, tametſi noſtram hanc, qua tu in dicendo facultate es, defenſionem occupando traduxeris) hominibus ad bellica certamina exercendis procreatæ ſunt. Aſſidua enim & gymnicorum ludorum & venationum exercitatio, majorem in modum corporis firmitatem ac robur auget, quodque corpore longe potius eſt, animum ipſum ad repentinas hoſtium incurſiones invicti pectoris

[f] Πίνδαρος ἡνίξαλο γνομθνης ἐκλείψεως, ἀξὶ τῶν πρόσθεν εἰρημθνων. Ὁ δὴ τὸ γάλακτος κύκλος, τὸ μὲ αὐτῆς ὐσίας τοῖς ἄλλοις ἄστροις μετέχηκε· δυσαιτιολόγητός δ' ἔτι ἐστι, μὴ ἀποκνείτωσαν οἱ τὰ φύσεως ἐρευνᾶν εἰωθότες. Ὠφελιμώτατον γὰ ἡ εὕρεσις, ἥδιστον δὲ καὶ καθ' αὐτὸ τοῖς φιλομαθέσιν ἡ ζήτησις. Ὥσπερ ὃν Ἡλιος καὶ Σελήνη προνοίᾳ γεγόνασιν, ὕτω καὶ τὰ ἐν ὐρανῷ πάντα, κᾆν ἡμεῖς τὰς ἑκάστων φύσεις τε καὶ δυνάμεις ἰχνηλατεῖν ἀδυνατῶμεν, [g] ἡσυχάζωμθν. Σεισμοί τε καὶ λοιμοὶ, καὶ κεραυνῶν βολαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, λέγε μὲ εἶναι θεήλατα, πρὸς δ' ἀλήθειαν οὐκ ἔστι. Θεὸς γὰ ὐδενὸς αἴτιος κακῦ τοπαράπαν, ἀλλ' αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γινῶσιν, ὐ προηγύμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἐπόμθνα τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τοῖς προηγυμθνοις ἑπακολυθοῦντα. Εἰ δέ τινες τῶν χαριεστέρων ζωαπολαύσι τὸ ὑπὸ τούτων βλάβης, οὐκ αἰτιατέον τινὶ διοίκησιν. Πρῶτον μὲ γὰ, οὐκ εἴ τινες ἀγαθοὶ παρ' ἡμῖν νομίζον, κὰ πρὸς ἀλήθειάν εἰσιν· ἐπειδὴ τὰ Θεῦ κριτήρια τῶν κρ' τῶν ἀνθρώπινον νῦν [h] πάντων ἀκριβέστερα. Δεύτερον ὅ, τὸ προμηθὲς ὅλη τὰ τῶν ἐν κόσμῳ ζωικώτατα ἐφορᾶν ἀγαπᾷ· καθάπερ ἐν τῇ βασιλείαις καὶ στρατάρχαις, ἐπὶ τὰς πόλεις κὰ τὰ στρατόπεδα, οὐκ ἐπί τινα τῶν ἠμεληθθντων κὰ ἀφανῶν ἕνα τὸ προσυχόντα. Λέγυσι δέ τινες, καθάπερ ἐν τῇ τυραννοκτονίαις κὰ τὸς [i] συγγενεῖς ἀναιρεῖσθαι νόμιμόν ἐστι, ὑπὲρ τὸ μεγέθει τῆς τιμωρίας ὑπερβῆναι τὰ ἀδικήματα· τὸ αὐτὸν τρόπον κὰν ταῖς λοιμώδεσι νόσοις, ὠφελεῖσθαί τινας τὸ μὴ ἰσαιτίων, ἵνα πόῤῥωθεν οἱ ἄλλοι ζωφρονίζων. Δίκα τὸ ἀναγκαῖον εἶναι τὸς ἀμφερομθνους ἀεὶ νοσώδει, νοσεῖν· ὥσπερ καὶ τὸς ἐν νηῒ χειμαζομθνους κινδυνύειν ἐξίσα. Τὰ δ' ἄλκιμα τῶν θηρίων γέγονεν, ὐ γὰ ὑποσιωπητέον (k ὡς ἂν εἰ κὰ τῷ δεινῶς εἰπεῖν οἰομθνῳ προλαβὼν τινὶ ἀπολογίαν διέσυρες) ἀσκήσεως ἕνεκα τὸ πρὸς τὸς πολεμικὸς ἀγῶνας. Τὰ γὰ γυμνάσια καὶ αἱ ζωεχεῖς [l] θῆραι ζυγκροτοῦσι, καὶ πρὸ τῶν ζωμάτων τὰς ψυχὰς ἐθίζυσιν, ἐχθρῶν ἐξαπιναίας [m] ἐφόδυς τῷ καρτερῷ τὸ ῥώμης ἀλογεῖν.

[f] Πίνδαρος] Talis vero locus apud Pindarum non exſtat. Ex ſequentibus vero conſtat Philonem quoſdam ex Pindaro verſus adduxiſſe, quos Euſebius omiſit.

[g] ἡσυχαζωμθν] Male. Forſan ἀσυχήσωμθν.

[h] πάντων] Melius πάντως.

[i] ζυγενεῖς] Vide ſupra dicta ad p. 802.

[k] ὡς ἂν] Dele, deeſt enim in Cod. Joh. & in illo altero quem vidit Vigerus.

[l] θῆραι] Eadem habet Noſter initio lib. de Joſeph. p. 526.

[m] ἐφόδυς] Melius ἐφόδυ. Mox ex MS. Joh. pro καρτερῷ, repono καρτερικῷ.

πῖς ἢ τὰς φύσεις εἰρλωικοῖς, ἔξεσιν ἃ μόνον τειχῶν ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ κλεισιάδων θαλαμδεμφίοις, δοπέζην ἀνεπιβλαδῶτως, ἔχουσιν εἰς δοπέλαυσιν ἀφθονωτάτας ἡμέρων ἀγέλας. Ἐπειδὴ σῦς, καὶ λέοντες, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, ἐκουσίᾳ φύσει χρώμενα, μακρὰν ἄσεως ἀπελήλαται, τὸ μηδὲν παθεῖν ἀγαπῶντα τῆ ἀνθρώπων ὕπδολῆς. Εἰ δέ τινες ὑπὸ ῥᾳθυμίας ὅπλοι καὶ ἀπαρασκεύοι, τῆ καταδύσεσι τῶν θηρίων ἀδεῶς ἐνδιαιτῶνται, τῆ ζυμδαινόντων ἑαυτοὺς ἀλλὰ μὴ τῷ φύσει αἰτιάσθωσαν· διότι φυλάξασθαι παρὸν, ὠλιγώρησαν. Ἤδη γοῦν καὶ ἐν ἱπποδρομίαις εἶδόν τινας εἰξάντας ἀλογισίᾳ, οἳ, δέον ἐγκαθέζεσθαι καὶ ζῳ κόσμῳ θεωρεῖν, ἐν μέσῳ στάντες, ὑπὸ τῆ ῥύμης τῆ τεθρίππων ἀνωσθέντες, ποσὶ καὶ τροχοῖς καταληοήθησαν, ἀνοίας ταπίχειρα ὀφλόμενοι.

Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπόχρη τὰ λεχθέντα. Τῶν δ' ἑρπετῶν τὰ ἰοδόλα γέγονεν οὐ κατὰ πρόνοιαν, ἀλλὰ κατ' ἐπακολούθησιν, ὡς καὶ πρότερον εἶπον. Ζωογονεῖται γὰρ, ὅταν ἡ ἐνυπάρχουσα ἰκμὰς μεταδάλῃ πρὸς τὸ θερμότερον. Ἔνια δὴ καὶ σῆψις ἐψύχωσεν, ὡς ἕλμινθας μὲν, ἡ περὶ τροφήν· φθεῖρας δ', ἡ ἀπὸ τῆ ἱδρώτων. Ὅσα δ' ἐξ οἰκείας ὕλης, καὶ φύσιν σπερματικὴν καὶ προηγεμόνην ἔχει γένεσιν, εἰκότως ὑπηγέρθη πρόνοιαν. Ἤκουσα δὴ καὶ περὶ ἐκείνων διττὰς λόγους, ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ τῷ ἀνθρώπῳ γεγονότων, ἃς οὐκ ἂν ὑπερψαίμην. Ἦν δ' ὁ μὲν ἕτερος, τοιόσδε· πρὸς πολλὰ τῆ ἰατρῶν ἔφασάν τινες τὰ ἰοδόλα ζωεργεῖν, καὶ τοὺς μεθοδεύοντας τῆ τέχνῃ εἰς ἃ δεῖ καταχρωμένους αὐτοῖς ὑπισημόνως, ἀλεξιφαρμάκων ἀπορεῖν, ὑπὸ τῇ τῆ μάλιστα ὑπισφαλῶς ἐχόντων ἀπροσδοκήτῳ ζωηρίᾳ. Καὶ μέχρι νῦν ἐστιν ἰδεῖν τοὺς μὴ ῥᾳθύμως καὶ ἀμελῶς ἰατρεύειν ὑπιχειροῦντας, ἐν τοῖ ζωθέσεσι τῶν φαρμάκων καταχρωμένους ἑκάστοις ὡ παρέργως. Ὁ δ' ἕτερος λόγος οὐκ ἰατρικὸς, ἀλλὰ φιλόσοφος ἦν, ὡς ἔοικε. Τῷ γὰρ Θεῷ ταῦτ' ἔφασκεν ἠυτρεπίσθαι καὶ τῆ ἁμαρτανόντων κολαστήρια, ὡς Στρατηγοῖς καὶ Ἡγεμόσι βοσρύχους ἢ σίδηρον· ὃ χάρμη, ἠρεμοῦντα τὸ ἄλλον χρόνον, ἀνερεθίζεσθαι πρὸς ἀλκὴν ὑπὸ τῶν καταπεμπόντων, ὧν ἡ φύσις ἐν τῷ ἀθωροδοκήτῳ δικαστηρίῳ ἑαυτῆς κατέγνω θάνατον. Τὸ δ' ἐν τοῖ οἰκίαις περιφωλεύειν μᾶλλον, ἐστὶ μὲ ψευδὲς· ἔξω γὰ ἄσεως ἐν ἀγρῷ καὶ ἐρημίαις θεωρεῖται, φύσεως ἢ τὰς φύσεις εἰρλωικοῖς, ἔξεσιν ἃ μόνον τειχῶν ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ κλεισιάδων θαλαμδεμφίοις, δοπέζην ἀνεπιβλαδῶτως, ἔχουσιν εἰς δοπέλαυσιν ἀφθονωτάτας ἡμέρων ἀγέλας. Ἐπειδὴ σῦς, καὶ λέοντες, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, ἐκουσίᾳ φύσει χρώμενα, μακρὰν ἄσεως ἀπελήλαται, τὸ μηδὲν παθεῖν ἀγαπῶντα τῆ ἀνθρώπων ὕπδολῆς. Εἰ δέ τινες ὑπὸ ῥᾳθυμίας ὅπλοι καὶ ἀπαρασκεύοι, τῆ καταδύσεσι τῶν θηρίων ἀδεῶς ἐνδιαιτῶνται, τῆ ζυμδαινόντων ἑαυτοὺς ἀλλὰ μὴ τῷ φύσει αἰτιάσθωσαν· διότι φυλάξασθαι παρὸν, ὠλιγώρησαν. Ἤδη γοῦν καὶ ἐν ἱπποδρομίαις εἶδόν τινας εἰξάντας ἀλογισίᾳ, οἳ, δέον ἐγκαθέζεσθαι καὶ ζῳ κόσμῳ θεωρεῖν, ἐν μέσῳ στάντες, ὑπὸ τῆ ῥύμης τῆ τεθρίππων ἀνωσθέντες, ποσὶ καὶ τροχοῖς καταληοήθησαν, ἀνοίας ταπίχειρα ὀφλόμενοι.

*Philonis.* In Deo ſolum perfectio & ſufficientia, in homine autem indigentia & defectus. Homines enim, alii ab aliis, ſapientiſſimi licet ſint, docentur, ſed non ſine inſtitutione nec ex ingenio innato. Quantumvis alius alio ſit eruditior, non fit iſtud ex natura ſed doctrina.

Περὶ Ταπεινοφρονούντων.

Φίλων. Φυσικώτατα ταῦτα δείδεικται· κατάβασιν μὲν ψυχῆς τοῦ δι' οἰήσεως [c] καλάβασιν, ἄνοδον δὲ καὶ ὕψος τοῦ ἀλαζονείας ὑπονόησιν.

Τὸ αὐτό. Τῆς καρτερίας καὶ φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης ἐραστὴν, οἵησιν χρὴ καὶ τὸ μεγάλαυχον καθαιρεῖν. Τὸ γὰρ ἐπιτηδεύειν ἀνόθως ἀρετὴν δεῖγμα σὺ μικρὸν [d] ἀσκήσεως καὶ ἀτυφίας.

Τὸ αὐτό. Ἐὰν δόξαις καὶ ἀρχαῖς μέγα φυσώσαις [e] ἐφίεσαι, καθάπερ νηὸς ἀγαθὴς κυβερνήτης, τοῦ πολλοῦ τὰ ἰσίων χύσιν σεῖλον· ἵνα μὴ εἰς ἀπόπτους πράξεις ἐκλεγχηλιαθῇς.

*De humiliter ſentientibus.*

*Philonis.* Appoſitiſſimè hæc oſtenduntur, animæ deſcenſum fieri ex aſcenſu per faſtum, aſcenſum vero ejus & exaltationem ex ſuperbiæ receſſu.

*Ejuſdem.* Sectatorem continentiæ, prudentiæ & juſtitiæ *in primis* decet faſtum & gloriationem dejicere. Humilitatis enim exercitatio non exiguo eſt documento, eum ſincerè virtutem perſequi.

*Ejuſdem.* Si honoribus & imperiis quæ ſpiritus erigunt, attollaris, veluti navis bonæ gubernator, vela nimium expanſa contrahe, ne in actiones improbas præceps ejiciaris.

Περὶ Ὕπνου.

Φίλων. Ὁ ὕπνος κατὰ τὸν Προφήτην ἔκστασίς ἐστιν· οὐχὶ κατὰ μανίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν αἰσθήσεων [f] ὕφεσιν καὶ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ λογισμοῦ. Τότε γὰρ αἱ μὲν αἰσθήσεις ἐξίσανται τῶν αἰσθητῶν, ὁ δὲ οὐκ ἔτι [g] νωθροπαθῶς, οὐδὲ παρέχων κίνησιν αὐταῖς, ἠρεμεῖ, αἱ δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποτετμημέναι, τῷ διεζεῦχθαι τῶν αἰσθήσεων, ἀκίνητοι καὶ ἀργαὶ ὑπεκλέλυνται.

Τὸ αὐτό. Εἰκότως μελέτην μὲν θανάτου, σκίαν δὲ καὶ ὑπόγραμμον τοῦ αὖθις [h] ἐπομβρίου ἀναβιώσεως, τὸν ὕπνον, οἱ ταληθῆ πεφρονηκότες ἀπεφήναντο. Ἑκατέρου γὰρ ἐναργῆς φέρει τὰς εἰκόνας. Μεθίστησι γὰρ καὶ παλιστοκεῖ τὸν αὐτὸν ἐξ ὁλοκλήρου.

*De Somno.*

*Philonis.* Somnus ſecundum prophetam ecſtaſis eſt quædam, non illa quidem ex inſania, ſed ſenſuum relaxatione animique receſſu. Tunc enim & ſenſus à rebus ſenſilibus recedunt, & animus non ulterius fidiculis quaſi attrahens motumque illis præbens, conquieſcit; iſti vero *(ſenſus)* ſuis operationibus privati, eo quod ab objectis ſeparentur, immoti & otioſi in quietem reſolvuntur. Gen. xv. 12.

*Ejuſdem.* Qui vera ſentiunt, ſomnum definiverunt mortis meditationem, umbram vero & imaginem futuræ olim vitæ alterius. Utriuſque autem ſimulacra manifeſta *ſomnus* affert. Eundem enim abducit & de integro reducit.

Περὶ τῶν Ὑπισχνουμένων, κ. τ. λ.

Φίλων. [i] Τὸ προθύμως ὠφελεῖν, ἄμεινον τὸ μηδ' ὅλως ὑπισχνεῖσθαι. Τῷ μὲν γὰρ ἀδεμία μέμψις ἕπεται, τῷ δὲ, ὥσπερ μὲν τῶν ἀσθενεστέρων ἄχθος, ὥσπερ δὲ τῶν δυνατωτέρων μέγα μῖσος καὶ κόλασις [l] αἰώνιος.

*De Pollicentibus.*

*Ejuſdem.* Melius eſt ne tantillum quidem polliceri, quam *(non)* lubenter prodeſſe. Iſtud enim nulli querelæ eſt obnoxium, huic vero imminet ab infirmioribus dolor, à præſtantioribus vero odium ingens & pœna æterna.

[b] γὰρ] Melius, ut opinor, γε.
[c] καλάβασιν] Ex ſenſu loci ſcribendum omnino ἀνάβασιν.
[d] ἀσκήσεως καὶ ἀτυφίας] Repone ex Antonio, ἄσκησις ἀτυφίας.
[e] ἐφίεσαι] Forſan à librario ex errore ſcriptum pro ὑψωθῇς.
[f] ὕφεσιν] Confer cum Philone Alleg. lib. iii. p. 95.
[g] νωθροπαθῶς] Scribe νωθροπαθῶν. Item αἰσθητῶν pro αἰσθήσεων in ſequentibus.
[h] ἐπομβρίου] Antonius & Codex Barocc. ἰσομβρίου, & ſic forſan rectius. Vide vero ibi luculentam Philonis de Reſurrectione ſententiam. Confer cum dictis Domini Noſtri D. Joh. xi. 11. 1 Cor. xv. 15. Somni vox pro morte poſita, reſurrectionis manifeſtò fidem prodit.
[i] τὸ προθύμως] Omnino ſcriptum à Philone τὸ μὴ προθύμως.
[k] ἄχθος] Quidni ἔχθος?
[l] αἰώνιος] Non ſemper vox illa de duratione interminabili uſurpatur à Philone, ſed aliquid grave vel egregium denotat. Lib. de Human. p. 709. αἰωνίῳ καὶ τελείᾳ φρονήσει. P. 868. αἰωνίῳ τάξει. Vide etiam Apocal. xiv. 6.

De

## *De Superbis.*

*Philonis, Ex lib. primo Legum Sacrarum Allegoriæ.*

Quidam dicunt ſapientem extremam omnium gloriæ vanæ veſtem exuere. Etenim licet reliquis ſit affectibus ſuperior, verum à gloria & vulgi plauſu facilè vincitur.

## *De Votis.*

*Philonis.* Deo gratiam habere per ſe ipſum eſt rectum, iſtud vero nec primum facere, nec ex primitiis offerentem, omnino eſt probroſum. Neque enim conſentaneum eſt prima rebus creatis dare, ſecunda vero Deo qui dedit, offerre. Eſt enim iſta diviſio vitio danda, pro ordine confuſionem inducens.

## *De Invidia.*

*Philonis.* Invidia ſolet perſequi res præclaras.

## *De Laborioſis.*

*Ejuſdem.* Bonorum maxima & perfectiſſima ex athleticis exercitiis & laboribus juvenilibus ſolent provenire.

*Ejuſdem.* Abſurdum eſt honores ambientem, labores fugere ex quibus fiunt honores.

## *De Anima & Mente.*

Gen. ix. 4. *Ejuſdem.* Quid ſibi velit iſtud, *in ſanguine animæ, carnem non comedetis.* Hoc dicto videtur ſignificare, ſanguinem eſſe animæ ſubſtantiam; animæ ſcilicet ſenſitivæ, non illius per eminentiam ſic dictæ, quæ eſt rationalis & cogitatione prædita. Tres enim partes animæ ſunt, nutritiva, ſenſitiva & rationalis. Rationalis igitur partis ſpiritus divinus eſt ſubſtantia. Dicit
Ib. ii. 7. enim, quod *inſpiravit in vultum ejus ſpiritum vitæ.* Senſitivæ vero & vitalis animæ ſanguis eſt eſſentia. Alibi enim dicit, quod *ſanguis anima eſt omnis carnis*, & aptiſſime carnis animam ſanguinem appellavit. Circa carnem vero ſenſus & affectus, non vero mens & ratio. Quinetiam iſtud *in ſanguine animæ* ſignificat, aliud eſſe animam, aliud corpus, ita ut verè ſpiritus animæ ſit eſſentia: nec tamen per ſe ipſum ſeorſim à ſanguine locum occupare, verum ſimul cum ſanguine ingenerari & commiſceri.

## *De Dei Subſidio.*

*Philonis, ex quarto Legum Sacrarum Allegoriæ.*

Subſidium Dei felicitatis eſt culmen; neque enim Deo adjuvante quicquam deeſſe poterit.

Περὶ Ὑπερηφάνων, κ. τ. λ.

Ἐκ τῶ ά τ νόμων ἱερῶν Ἀλληγορίας.

Φασί τινες ὅτι ὕψιστον ἀποδύε) τὸ τ κενοδοξίας χιτῶνα ὁ ζοφός. Κἂν γὰ τ ἄλλων τις παθῶν περιεχήσῃ, ἀλλὰ τ δόξης ἀ τῶ ψυχὰ πῖς πολλοῖς ἐπαίνοις πέφυκεν ἡττᾶσθ.

Τῶ αὐτῶ. Οἴησις ἀκάθαρτον φύσ.

Περὶ Ὑποχίσεων, κ. τ. λ.

Φίλων. Τὸ ἀχαριστεῖν θεῷ καθ' ἑαυτὸ, ἐρθῶς ἔχον ἐσί· τὸ ἢ μήτε πρῶτον, μήτε ἐκ τ πρώτων [m] ἐπαρχόμενον, ψεκτόν. Οὐ γὰ δεῖ τὰ μὲ πρεσβεῖα ἐν τῇ γμέσει τιθέναι, τὰ ἢ δεύτερα τῷ δωρησαμένῳ θεῷ προσφέρειν. Ἥδε ἐσιν ἁπίλη]ος διαίρεσις, ἀταξίαν [n] τινα τάξεως εἰσηγμένη.

Περὶ Φθόνυ.

Φίλων. Πέφυκε πῖς μεγάλοις ἀκολυθεῖν φθόν.

Περὶ Φιλέρ]ων.

Τῶ αὐτῶ. Τὰ τέλεια κ μέγισα τ ἀγαθῶν ἀσκητικαῖς ἀθλήσεσι κ ἡδοῖσι πόνοις ἔωθε περιγίγνεσ.

Τῶ αὐτῶ. Ἄτοπόν ἐσι διώκον]α τὰς τιμὰς, φεύγειν τὺς πόνυς, δι' ὧν αἱ τιμαί.

Περὶ Ψυχῆς κ Νῦ.

Τῶ αὐτῶ. Τί ἐσιν ἐν αἵμα]ι ψυχῆς κρέας ἐ φάγεσθε. Ἔοικε δ[ὲ [o] τοῦτο δηλοῦν, ὅτι ψυχῆς ὐσία αἷμά ἐσι· ψυχῆς μὲν τοι τ αἰσθητικῆς, ἐχὶ τῆς κατ' ἐξοχὴ γνομένης, ἥτις ἐσὶ λογικὴ κ νοερά. Τρία γὰ μέρη ψυχῆς· τὸ μὲ θρεπ]ικὸν, τὸ ἢ αἰσθη]ικὸν, τὸ ἢ λογικόν. Τοῦ μὲ ἓν λογικῶ τὸ θεῖον πνεῦμα ὐσία, κ τ θεολόγον. Φησὶ γὰ, ὅτι ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶ πνοὴ ζωῆς. Τῶ ἢ αἰσθητικῶ κ ζωτικῶ τὸ αἷμα ὐσία. Λέγει γὰ ἐν ἑτέροις, ὅτι ψυχὴ πάσης ]αρκὸς αἷμά ἐσιν· κ κυρ]ώτα]α ψυχὴ ]αρκὸς αἷμα εἴρηκε. Περὶ ]άρκα ἢ ἡ αἴσθησις κ τὸ πάθ, ἐχ ὁ νῦς ὁ λογισμός. Οὐ μὴ ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν αἵμα]ι ψυχῆς μη]ύει, ὅτι ἕτερόν ἐσι ψυχὴ καὶ ἕτερον σῶμα. Ὡς εἶναι [p] ψιλῶς ψυχὴν μὲ ὐσίαν πνεῦμα, μὴ καθ' ἑαυτὸ ἢ χωρὶς αἵμα] τόπον ἐπέχειν, ἀλλ' ἐμφέρεσ κ ζυ]κεκρᾶσ αἵμα]ι.

Περὶ Βοηθείας Θεῦ.

Φίλων, ἐκ τῶ δ τ νόμων Ἱερῶν Ἀλληγορίας.

Τῆς εὐδαιμονίας ἐσι τὸ πέρας θεῦ βοήθεια.

[q] Ἡ γὰ ἐνδεῖν ἔτι δύα), βοηθῶν] θεῦ.

m ἐπαρχόμενον] Scribe ἀπαρχόμενον.
n τινα] Melius ἀντὶ· confer vero hæc cum Philonis lib. de Sacrific. Abel. p. 142.
o τοῦτο] Scribe τοῦτ. Conſimilia his à Philone ſcripta lib. Quod Det. Pot. Inſid p. 170.
p ψιλῶς ψυχὴν] Forſan, ἀψιλῶς ψυχῆς.
q ἡ γὰ] Scribe, ἢ γαὲ.

Περὶ Δημιουργίας Κόσμου.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ α τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων.

Ἀμήχανον ἁρμονίαν καὶ τάξιν καὶ λόγον καὶ ἀναλογίαν καὶ τοσαύτην συμφωνίαν καὶ τῷ ὄντι εὐδαιμονίαν ἀπαυτοματαιοθεῖσαν γένεσις. Ἀνάγκη γὰρ εἶναι ποιητὴν καὶ πατέρα, κυβερνήτην τε καὶ ἡνίοχον, ὃς γεγόνηκεν καὶ γενηθέντα ζώζει.

*De Mundi Opificio.*

*Ejuſdem, ex lib. primo quæſtionum in* Geneſim.

Fieri non poteſt, ut harmonia & ordo & ratio & proportio, tantuſque rerum concentus, & ut verè dicam, felicitas, nullâ de causâ proveniat. Neceſſe eſt enim ut ſit quidam conditor & parens, gubernator & auriga, qui res creavit, creataſque conſervet.

Περὶ Ἐκκλησίας Θεοῦ.

Τοῦ αὐτοῦ. Βουληθεὶς ὁ θεὸς τὴν θείας ἀρετῆς ἀπ' οὐρανοῦ [καταπέμψαι τὴν εἰκόνα ἐπὶ τὴν γῆν, δι' ἔλεον τὸ γένους ἡμῶν, ἵνα μὴ ἀτυχήσῃ—τὴν ἀμείνονα μοίρας—καὶ [ἀπολυσάμενον τὰ καταῤῥυπαίνοντα ἡμῶν τὸν ἄθλιον καὶ δυσκλείας γέμοντα βίον.

*De Ecclesia Dei.*

*Ejuſdem.* Volens Deus divinæ virtutis imaginem de cœlo in terras mittere, ob generis noſtri miſerationem, ne decideret portione meliore—& abluentem quæ vitam noſtram miſeram & infamia plenam maculaſſent.

Περὶ τοῦ ζητεῖν τὸν Θεόν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ τελευταίου τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Μία ἀνάπαυσις ψυχῆς ἐστιν ἡ κρατίστη εἰς τὸν ἱερὸν τοῦ ὄντος πόθον, ἡγεμόνι χρῆσθαι θεῷ καὶ βουλευμάτων καὶ λόγων καὶ πράξεων.

Τοῦ αὐτοῦ. Πέρας εὐδαιμονίας τὸ ἀκλινῶς καὶ ἀῤῥεπῶς ἐν μόνῳ θεῷ στῆναι.

*De Deo Quærendo.*

*Ejuſdem, ex lib. ultimo quæſtionum in* Exodum.

Unica animæ requies eaque præſtantiſſima in ſancto Dei deſiderio *ſita eſt*, Deum ſequi ducem cogitationum, dictorum, factorum.

*Ejuſdem.* Felicitatis extremum eſt firmiter & immobiliter in Deo ſolo ſtare.

Περὶ Ἡμέρας Ἑκάτης.

Φίλωνος, ἐκ τοῦ β' τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Οἱ ἀστέρες τρέφονται καὶ εἱλοῦνται [κύκλον· οἱ μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ, οἱ δὲ καὶ [κινήσεσιν ἰδίαις ἔλαχον ἐξαιρέτοις.

*De Die Ultimo.*

*Philonis, ex lib. ſecundo quæſtionum in* Exodum.

Sidera moventur & in orbem verſantur; alia quidem eodem motu cum cœlo univerſo, alia vero etiam motibus propriis & peculiaribus verſantur.

Περὶ Μισοπονηρίας Θεοῦ.

Φίλωνος, ἐκ τῶν β' τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων.

[Ἔνιοι νομίζουσι μεταμέλειαν ἐμφαίνεσθαι περὶ τοῦ θεῖον διὰ τῶν ὀνομάτων· οὐκ εὖ ὑπονοοῦσι. Χωρὶς γὰρ τοῦ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον, ὅτε τὸ ΕΝΕΘΥΜΗΘΗ, ὅτε τὸ [ΕΝΕΝΟΗΣΕΝ δηλωτικὰ μεταμελείας ἐστίν. [Τὸ δὲ θεῖον ἄτρεπτον, ἀλλ' ἀκεραίως λογισμῷ περιεσκεμμένῳ τὴν αἰτίαν ἧς ἕνεκα ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς.

*De Dei erga malos odio.*

*Philonis, ex lib. ſecundo quæſtionum in* Exodum.

Nonnulli arbitrantur pœnitentiam de Deo prædicari iſtis in verbis, non rectè vero ſic ſuſpicantur. Præterquam enim quod Deus non mutetur, neque vox illa (ἐνεθυμήθη) *cogitavit*, Gen. vi. 6. neque (ἐνενόησεν) *conſideravit*, pœnitentiam ſignificat, (Deus vero eſt immutabilis) ſed animum prorſus à labe immunem, perpendentem ſecum cauſam ob quam hominem in terra creavit.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν. Οὔτε [ἐνδυασμὸς, ὅτε φθόνος περὶ Θεόν. Χρῆται δὲ πολλάκις ἐνόμασιν ἐνδυασικοῖς ἢ διανοητικοῖς κατ' ἀναφορὰν ἐπὶ τὸ, ὡς ἄνθρωπος, κεφάλαιον. Διττὰ γὰρ, ὡς πολλάκις [ἔφην, ἐστὶν τὰ ἀνωτάτω κεφά-

*Ejuſdem ex eiſdem.* Neque dubitatio neque invidia in Deum cadit. Nonnunquam vero uſurpat nomina quæ dubitationem & cogitationem innuunt, reſpectu habito ad iſtud capitulum, SICUT HOMO. Duo enim ſunt, ut ſæpius dixi, primaria capitula; unum quidem, *non eſt*

[ καλυπτόμενον τῆς εἰκόνος] Quis vero alius, ſecundum Philonem, Dei ſummi imago, nili ὁ λόγος? Quare quandam ſaltem obſcuram incarnationis τῷ λόγῳ ſpem prodit Noſter.

[ ἀπολυσαμένου] Fotſan ἀπολυσόμενον.

[ κύκλον] Melius κύκλῳ.

[ κινήσεις ἰδίαις, &c.] Reponendum videtur κινήσεις ἰδίας ἔλαχον καὶ ἐξαιρέτους.

[ ἐνενόησεν] Scriptum primâ manu videtur ἐνεθύμηθη. Sic enim Textus ſacer, quo reſpicit; & Noſter ipſe notanter lib. de Dei Immut. p. 298. S. Aug. in Locut. ad Geneſ. *Quod ſcriptum eſt in quibuſdam Latinis Codicibus &* POENITUIT, *in Græco invenitur,* ἐνεθύμηθη, *quod magis* RECOGITAVIT *quam pœnituit, ſignificare perhibentur. Quod verbum etiam Latini Codices habent.*

[ τὸ τοῦ θεοῦ ἀλεπτοῦ] Videntur Librarii Gloſſa. Omnino enim redundant.

[ ἐνδυασμὸς] Scribe ἐνδιασμός.

[ ἔφην] Confer cum lib. de Dei Immut. p. 301.

Num. xxiii. 19. Deut. viii. 5.

*Deus ſicut homo:* alterum vero, *ſicut homo filium caſtigat.* Quorum prius ad poteſtatem, ſecundum ad doctrinam & inſtitutionem pertinet.

λαια· τὸ μὲν ὡς ἄνθρωπος ὁ θεός· τὸ δὲ ὡς ἄνθρωπος παιδεύει τὸν υἱόν· τὸ μὲν πρότερον ἐξουσίας, τὸ δὲ δεύτερον παιδείας καὶ εἰσαγωγῆς ἐστιν.

## *De Votis.*

*Philonis, ex libro ultimo quæſtionum in* Exodum.

Περὶ Ὑποχέσεων.

Φίλωνος, ἐκ τοῦ τελευταίου τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Qui non ex animo propenſo offert Deo, licet magna omnia una cum theſauris regiis adducat, oblationem non offert. Sacrificium enim verum non in opibus, ſed pio afferentis affectu conſiſtit.

Ὁ μὴ ἐκ προαιρέσεως ἀπάρχων θεῷ, κἂν τὰ μεγάλα πάντα κομίζῃ μετὰ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ἀπαρχὰς οὐ φέρει. Οὐ γὰρ ἐν ὕλαις ἀλλ' ἐν [b] εὐσεβείᾳ βεβαίοις τὸ κομιζόμενον ἡ ἀληθὴς ἀπαρχή.

## *De Dei Humanitate & Manſuetudine.*

*Philonis, ex quæſtionibus in* Exodum.

Περὶ Φιλανθρωπίας καὶ Πραότητος Θεοῦ.

Φίλωνος, ἐκ τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητουμένων.

Dei beneficia ejus vindicta ſemper ſunt tempore priora. Opus enim illi primarium eſt benefacere, ſecundarium vero pœnam infligere. Quando autem magna imminere mala incipiunt, magnorum & plurimorum bonorum copia larga ſolet antecedere.

Ἀεὶ φθάνουσι τὴν δίκην αἱ τοῦ θεοῦ χάριτες. Ἔργον γὰρ αὐτῷ προηγούμενον τὸ εὐεργετεῖν, τὸ δὲ κολάζειν, ἐπόμενον. Φιλεῖ δέ, ὅταν μέλλῃ μεγάλα ζωίσαις κακὰ, μεγάλων καὶ πολλῶν ἀγαθῶν [c] ἀφθονίαν προηγεῖσθαι.

[b] Εὐσεβείᾳ] Scribendum Εὐσεβεῖ.

[c] ἀφθονίαν] Scribe ἀφθονίᾳ.

# Ex Antonio.

VIRTUTES ſolæ hominum negotia gubernare noverunt.

Virtutis contemplatio longè pulcherrima eſt, ejuſdem vero uſus & actio digna ſunt, de quibus ſummo contendatur ſtudio.

Si vis duplici nomine præclarus eſſe, & optimè viventes honorato, & malos increpato.

Quum delictorum veniam petis, fac etiam ipſe ignoſcas iis qui in te peccarint; quia condonatio condonatione compenſatur, ac conſervorum noſtrorum conciliatio nobis fit à divina ira liberatio.

Humanus urbanus & comis & ad ignoſcendum propenſus, nullius omnino injuriæ memor eſt, ſed vincere hoſtes cupit benefaciendo magis quam lædendo.

Honeſtum tum eſt honeſtum, cum ut ab altero laudetur non eget, ſed ſecum circumfert ſuæ pulchritudinis notas & inſignia.

Bonum eſt ſemper ut improbior meliorem ſequatur, propter emendationis ſpem.

[a] Συγγνώμῃ] Sententia hæc Philoni quoque tribuitur in Cod. Barocc. N° 143. Simile vero dictum occurrit apud Sirac. xxviii. 2. ἄφες ἀδίκημα τῷ πλησίον σου, καὶ τότε δεηθείσου).

ΣΕΡ. I. Ἀρεταὶ μόναι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα κυβερνᾶν ἔπίσαν).

Ἡ θεωρία τῆς ἀρετῆς παλικάλη, καὶ ἡ πρᾶξις, καὶ ἡ χρῆσις βεβαίαχή.

Ser. II. Εἰ βούλει διπλῶς ἔνδοκιμεῖν, καὶ τοὺς κάλλιστα πράττοντας προτίμα, καὶ τοὺς τὰ χείρονα πράττοντας ἔπιτίμα.

Ser. VIII. [a] Συγγνώμῃ αἰτοῦντι ἁμαρτημάτων, συγγίνωσκε καὶ αὐτὸς πῶς εἰς σε πλημμελῶσιν· ὅτι ἄφεσει ἀντιδίδοται ἄφεσις, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ὁμοδούλους ἡμῶν καταλλαγὴ τῆς θείας ὀργῆς γίνεται ἀπαλλαγή.

Ser. IX. Φιλάνθρωπος ὁ αἰτῶν καὶ ἔμενὴς καὶ ζυγγνώμων οὐδενὶ μνησικακεῖ τῶν ἁμαρτημάτων· ἀλλὰ νικᾷν [b] ἀξιῶν ἐν τῷ ποιεῖν εὖ μᾶλλον ἢ βλάπτειν.

Ibid. Καλὸν τότε καλόν ἐστιν, ὅταν τις ἀφ' ἑτέρου ζυτάσεως οὐ δέηται), ἀλλ' ἐν αὐτῷ βεβαίαν τὴν οἰκείας καλλονῆς τὰ γνωρίσματα.

Ser. X. Καλὸν ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖν, διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα.

τῶν σου, αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται).

[b] ἀξιῶν] Melius ἀξιοῖ.

Ser. XI. [c] Εὐδαιμονιστέον μὲν καὶ πόλιν καὶ χώραν καὶ οἰκίαν, ὅταν ἔχῃ τινα ἀνδραγαθίαν· κακοδαιμονιστέον δέ, ὅταν ἔρημον ἢ τοιούτου.

Felix judicari meretur & civitas & regio & familia, cum aliquem virtute præditum habuerit, infelix autem cum tali viro caruerit.

Ser. XVI. Οἷς ἰσχὺς ἀ πρόσεστι τὰς φύσεις τυραννικῶν, πανουργίαις τὰς ἐπιβουλὰς καθορθοῦσι.

Quibus vires desunt, tyrannicæ naturæ homines, rem astu & insidiis moliuntur.

Ser. XX. Βλαβεραὶ τῶν ἀνοήτων αἱ ξυνουσίαι· καὶ [d] ἀκούσασα πολλάκις ψυχὴ τὰ ἐκείνων φρενοβλαβείας ἐπομάττεται τὰ εἴδωλα.

Perniciosæ sunt stultorum intelligentiâ carentium congressiones, & animo sæpe audienti illorum dementiæ simulachra imprimuntur.

Οὐ ποιεῖ ἀγρὸς φαύλους, οὐδὲ αὐλὴ πονηρούς, ἀλλ' ἡ μετὰ τοιῶνδε ξυνδιαίτησις.

Non rus improbos non urbs bonos efficit, sed similium congressio & consuetudo.

Ser. XXVIII. Οὔτε ἀῤῥώστου πληγὴν, οὔτε ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ διαδεδιέναι.

Neque ægroti ictus, neque stulti minas metuere debemus.

Οἱ ἐλαφροὶ τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων, εὐβάστακτοι τοῖς ὠτίοις εἰσίν.

Leves homines, tanquam inania vasa, auribus gestatu sunt faciles.

Ser. XXX. Χωρὶς θεωρίας ἐπιστημονικῆς οὐδὲν τῶν πραττομένων καλόν. Ἐπιστήμη μὲν ἔγγονον εὐβουλίας· εὐβουλία δὲ πηγὴ κακῶν παύλων.

Citra contemplationem scientificam nihil decorè fieri potest. Scientia enim à bono consilio nascitur, at inconsulta temeritas malorum omnium scaturigo est.

Περισσὸς ὑπὲρ τοῦ δικαίου πᾶς ὁ λόγος, ὅταν ἡ τῶν ἀκουόντων πρὸς τὸ χεῖρον ὁμόνοια ᾖ.

Superflua omnis de justo oratio, quando auditores in id quod pejus est, convenerint.

Ser. XXXVIII. Ὁ φαῦλος πόλιν τε καὶ τὴν πόλιν ὄχλου τε καὶ φυρμὸν ἀνθρώπων ἐμοῦ καὶ πραγμάτων μεταδιώκει. Φιλοπραγμοσυναὶ γὰρ καὶ πλεονεξίαι, δημοκοπίαι τε καὶ δημαρχίαι τῷ τοιούτῳ τιμαί, τὸ δὲ ἡσυχάζειν ἀτιμώτατον.

Homo malus civitatem & multitudinem in civitate, tum etiam hominum & rerum unà confusionem sectatur. Negotia enim & avaritia, populique adulatio & regendi studia, tali sunt honorata, quies vero summo dedecori.

Δυσεύρετον ἢ καὶ παντελῶς ἀνεύρετον, ἐν πεφυρμένῳ βίῳ τὸ καλόν.

Bonum in confusa vita, vel difficilè vel ne omnino reperitur.

Ser. XLIII. Οὐδὲν ὅτως ἐπάγωγον εἰς εὔνοιαν ὡς ἡ εὐεργετημάτων [e] ἐξήγησις.

Nihil adeo benevolentiam allicit, ac benefactorum prædicatio.

Ser. XLVII. Τὸ μὴ [f] ἑαυτὸν μαρτυρεῖν ἱκανὸν, τὸ δὲ ἀφ' ἑτέρου χρῄζον ζωηγορίας, ἀβέβαιον εἰς πίστιν.

Qui non sibi testari idoneus est, sed alterius indiget commendatione, is ad fidem instabilis est.

Ser. LII. Ἀποστρέφου τοὺς κολάκων τοὺς ἀπατηλοὺς λόγους· ἐξαμβλιοῦσιν γὰρ τοὺς λογισμοὺς [g] οἱ ζυγχωροῦσι τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν. [h] Ἢ γὰρ ἐπαινοῦσι τὰ ψόγου ἄξια, ἢ ψέγουσι πολλάκις τὰ ἐπαίνων κρείττονα.

Adulatorum sermones fallaces aversare, animum enim hebetantes non rerum veritatem *cernere* permittunt; vel enim opprobriis digna laudant, vel quæ laudem omnem exuperant, sæpiùs vituperant.

Ser. LVI. Τὸ μέγιστον ἀγαθὸν εἰρήνη, ὃ μηδεὶς ἱκανὸς ἀνθρώπων παρασχεῖν. Ἐπεὶ θεῖον τοῦτο ἔργον.

Pax bonorum præstantissimum quale mortalium nemo potest suppeditare, siquidem divinum est opus.

[c] Εὐδαιμονιστέον] Vide consimilia apud Philonem p. 249.

[d] ἀκούσασα] Forsan ἀκουσα, *invita*. Mox pro ἀπομάττεται τὰ, scribe ἀπομάττηται).

[e] ἐξήγησις] Sequuntur hæc in Codice Barocc. ὁ χάριν παρασχὼν ἐπὶ τῷ ἴσῳ λαμβάνειν, ὃ χάριν ἔδωκεν, ἀλλὰ ταύτης κάπηλος γίγνεται. Ὁ δὲ λαβὼν εἰ μὴ ἀμείψαιτο, (ἀμείψαιτο) ἔτι ἀγνώμων τε καὶ τῆς χάριτος ἀναξίου.

[f] ἑαυτὸν] Melius ἑαυτῷ.

[g] οἱ ζυγχωροῦσι] Sensus scribi postulat, οὐκ ἐᾶσι συγχωροῦσι. Atque adeo sic verto.

[h] κρείττονα] Adduntur hæc in Codice Barocc. μὴ τοὺς τοῖς ἐπαίνοις θέλγοντας καὶ φρεναπατῶντας ἀποδέχου. Μισεῖ γὰρ τοὺς κόλακας οἱ σοφοὶ παρεγίλλουσι, ὡς μεγάλα βλάπτοντας. Οὐκ ἂν εἴποι τις ἕτερον (scribe ἑταῖρον) τὸν κόλακα. Confer cum Philone p. 94.

Talis

Talis esto erga famulos, qualem Deum erga te futurum exoptas. Sicut enim audimus audiemur, & sicut aspicimus ab ipso aspiciemur. Ante misericordiam ergo asseramus misericordiam, ut par pro pari recipiamus.

Ser. LVII. Τοιοῦτον γίνου περὶ τοὺς σοὺς οἰκέτας, οἷον εὔχῃ σοι τὸν θεὸν γενέσθαι. [i] Ὡς γὰρ ἀκούομεν ἀκουσθησόμεθα, καὶ ὡς ἐρῶμεν ἐραστησόμεθα ὑπ' αὐτοῦ. [k] Προσενέγκωμεν ἐν τῷ ἐλέει τὸ ἔλεον, ἵνα [l] τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀντιλάβωμεν.

Somnus est naturæ recessus, mortis imago, sensuum cessatio.

Ser. LXIX. Ὕπνος ἐστὶ φύσεως [m] ποσὸς σύστασις, εἰκὼν θανάτου αἰσθήσεων ἀργία.

Somnus quidem unus est, varias autem causas ejus cupiditas habet; scilicet ex habitu naturali, ex alimentis, ex dæmonibus; vel forsan ex nimiâ & intensâ abstinentiâ, è qua caro debilitata somno seipsam recreare denuo quærit.

Εἷς μὲν ὁ ὕπνος, πολλὰς δὲ ὑποθέσεις καὶ [n] ἡ ἐπιθυμία ἔχει· λέγω δὴ ἐκ φύσεως, ἐκ βρωμάτων, ἐκ δαιμόνων· ἢ τάχα καὶ ἄκρας ἐπιτεταμένης νηστείας· ἐξ ἧς ἐξασθενοῦσα ἡ σὰρξ, δι' ὕπνου λοιπὸν αὐτὴν πάλιν ἀναμυθήσασθαι βούλεται.

Sicut potatio nimia consuetudo dicitur, ita etiam somnolentia; consuetudinem igitur diuturnam sanare est difficile.

Ὥσπερ ἡ πολυποσία ζωνήθεια εἴρηται, ἕτως καὶ πολυπνία· χαλεπὸν δὲν ζωνήθειαν μακρὰν ἰάσασθαι.

Venia pœnitentiam solet generare.

Ser. LXXIV. Συγγνώμη μετάνοιαν τίκτουσε γυναῖν.

Impudentia pravo propria, viro autem bono pudor. Verum neque pudorem neque impudentiam præ se ferre indicium est viri, cui neque rerum comprehensio neque assensio competit.

Ser. LXXIX. Ἀναισχυντία μὲν ἴδιον φαύλου, αἰδὼς δὲ σπουδαίου· τὸ δὲ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε ἀναισχυντεῖν τοῦ ἀκαταλήπτως ἔχοντος καὶ ἀσυγκαταθέτως.

Quandoquidem Deus animæ regionem invisibiliter subit, locum istum pro viribus pulcherrimum apparemus, ut fiat habitaculum Deo dignum. Sin minus, in aliam domum clam abibit Deus.

Ser. LXXXII. Ἐπειδὴ περ ἀοράτως εἰς τὴν τῆς ψυχῆς χῶρον εἰσδύεται ὁ θεὸς, κατασκευάζωμεν τὸν τόπον ἐκεῖνον ὡς ἔνεστι κάλλιστον, ἀξιόχρεων [o] ἐνδιαίτημα θεοῦ ἡγησόμενον. Εἰ δὲ μή, λήσει μεταναστὰς εἰς ἕτερον οἶκον ὁ θεός.

Dei domus est sapientis animus: hujus, qui omnium est Deus, proprius vocatur Deus, ut loquitur propheta. In quo Deus ambulat, quasi regiâ.

Οἶκος θεοῦ σοφοῦ διάνοια· τούτου καλεῖται [p] θεὸς ἰδίως, ὁ σύμπαντων. [q] Ὡς φησιν ὁ προφήτης· ὡς θεὸς ἐμπεριπατεῖ, οἷα βασιλείῳ.

Lev. xxvi. 12. Oculi quæ palam & coram sunt, percipiunt: Animus vero integer, res invisibiles & futuras.

Ὀφθαλμοῖς μὲν τὰ ἐν φανερῷ, καὶ τὰ ἐν χερσὶ καταλαμβάνει. Λογισμὸς δὲ [r] ἀκέραιον φθάνει πρὸς τὰ ἀόρατα καὶ μέλλοντα.

Jurantem mendaciter in injuriam, Deus natura *licet* mitis, nunquam à crimine liberabit, cum sit talis impurus nec facilè eluendus: quamvis hominum effugiat animadversionem.

Ser. LXXXVII. Τὸν ὀμνύτα μάτην ἐπ' ἀδίκῳ, θεὸς ὁ τὴν φύσιν ἵλεως ἅπασι τῆς αἰτίας ἀπαλλάξει, δυσκάθαρτον καὶ μίαρον ὄντα· κἂν λάθοι φεύγων τὰς ἀπ' ἀνθρώπων τιμωρίας.

Res præclaræ quamvis parvo tempore obscuratæ, interdum tamen solutæ, rursus elucescunt.

Ser. XCIX. Τὰ καλὰ φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιαθέντα χρόνον, ἐπὶ [s] καιρῷ λυθέντα, αὖθις ἀναλάμπει.

[i] ὡς γὰρ ἀκούομεν] Confer cum D. Matth. vii. 1.

[k] Προσενέγκωμεν Scribe προσενέγκωμεν ex Codice Barocciano, à quo citantur hæc, cui etiam sensus suffragatur.

[l] τῷ ὁμοίῳ] Scribe τὸ ὁμοίου. Post ἀντιλάβωμεν, additur in dicto Codice, λείπει ὁδὸς ὑπ' ὀλιγωσωΐας γίνεται.

[m] ποσὸς συστασις] Mendosè omnino; forsan ὑπνόστασις. Somnus enim à Philone alibi appellatur, ἀναχώρησις λογισμοῦ. Vel quod magis placet, μίθησασις. Sicut Noster apud Johannem Monach. ined. tit. Περὶ Ὕπνου. Μίθησις γὰρ καὶ παρέσις τοῦ αὐτοῦ ἐξ ὁλοκλέρου.

[n] ἡ ἐπιθυμία] Forsan ἡ αὐτοῦ ἐπιθυμία.

[o] ἐνδιαίτημα] Confer cum D. Paul. 1 ep. ad Cor. iii. 16.

[p] θεὸς] Similiter Philo lib. de Gigant. p. 292. ὁ δ' κόσμος θεὸς, αὐτοῦ καὶ χάρις ἐξαίρετον ἰδίᾳ θεός. Vide eundem, lib. de Decalog. p. 749.

[q] ὡς] Melius ὦ.

[r] ἀκέραιον] Melius, ut videtur, ἀόρατον.

[s] ἐπὶ καιρῷ] Forsan ἐπὶ καιρῶν. Vulgata est enim ista Philonis locutio. Sic ille lib. de Abraham. p. 359. τὸ σόλον ἐπὶ καιρῶν ὀνῆσαι. Similiter idem de Humanit. p. 701. De Præm. p. 932. Et de Legat. p. 1031. Vide etiam Demosth. de Falf. Legat. p. 263.

Ser.

Ser. CIV. Τῇ μὲ οὐσίᾳ, ἴσον τὸ πᾶσι ἀνθρώπῳ ὁ βασιλεύς, τῇ ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ ἀξιώματος, ὅμοιός ἐστι τῷ ὄντι πάντων θεῷ. Οὐκ ἔχει γὰρ ὄντι γῆς αὐτὸ ὑψηλότερον. Χρὴ πίνειν ὡς θνητὸν μὴ ἐπαίρεσθαι, καὶ ὡς θεὸν μὴ ὀργίζεσθαι. Εἰ γὰρ καὶ εἰκόνι θείᾳ τετίμηται, ἀλλὰ κόνει χοϊκῇ συμπέπλεκται, δι' ἧς ἐκδιδάσκεται πρὸς πάντας τὸ ἀπλότης.

Rex ſubſtantia ſua cuivis homini par eſt, dignitatis autem poteſtate Deo rerum præſidi conſimilis. Neque enim in terris ſe præſtantiorem habet. Huic ergo congruit, ut mortali, non elevari, ut Deo, non excandeſcere. Quantumvis enim imagine divinâ honoretur, verumtamen pulveri terreno implexus eſt, à quo manſuetudinis erga omnes admonetur.

Ser. CXVI. Καὶ ἀναγώγοις καὶ ἄφροσιν οἰκέταις φοβερὸς δεσπότης ὠφέλιμος. Τὰς γὰρ ἐπαναστάσεις αὐτοῦ δεδιότες, ἄκοντες φόβῳ νουθετοῦνται.

Famulis pervicacibus & inſipientibus herus reformidatus prodeſt. Ejus enim comminationes veriti, metu inviti emendantur.

Ser. CXVIII. Μέγιστον ἐγκώμιον οἰκέτου, μηδενὸς ὧν ἂν ὁ οἰκοδεσπότης προστάξει, ὀλιγωρεῖν, ἀόκνως δὲ καὶ φιλοπόνως ὑπὲρ δύναμιν πάντα πραγματεύεσθαι καὶ αἰσίῳ γνώμῃ καταρθοῦν.

Maxima famuli laus, nihil eorum quæ herus præceperit, inſuper habere, ſed ſtudioſè & impigrè etiam ſupra vires omnia conari lubenti animo conficere.

Ser. CXXIII. Ἡ Φίλωνος γυνὴ ἐρωτηθεῖσα ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διὰ τί μόνη τῶν ἄλλων οὐ φορεῖ κόσμον χρυσοῦν, ἔφη· αὐτάρκης κόσμος ἐστὶ γυναικὶ ἡ ἀνδρὸς ἀρετή.

Philonis uxor in fœminarum plurimarum congreſſu interrogata, cur ſola è reliquis ornamenta aurea non geſtat: reſpondet, mariti virtus mulieris ornamenum ſufficiens.

Ser. CXXX. Τέκνων ἀρεταὶ δόξα πατέρων.

Εὔπαιδες οἱ τὰ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμονες.

Filiorum virtutes patribus ſunt gloriæ.

Prole ſatis ſunt beati, qui rerum bonarum & præclararum ſunt ſcientes.

Ser. CXXXV. Ἐκ χρυσοῦ πολυτελοῦς πίνειν φάρμακον, καὶ ἐκ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν, ταὐτόν ἐστιν.

Ex poculo aureo venenum ebibere, & ex amico inſipienti conſilium accipere, idem eſt.

Σκεύη μὲν τὰ καινὰ, κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

Vaſa nova præſtantiora, & vetuſtior amicitia.

Οἱ μὲν ἐκ γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτὸν, οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

Fructus ex terra annui ſunt, ex amicitia vero nati fructus quovis tempore oriuntur.

Πολλοὶ φίλους αἱροῦνται, οὐ τοὺς ἀρίστους ἀλλὰ πλουσιωτάτους.

Multi pro amicis eligunt non optimos ſed ditiſſimos.

Πολλοὶ δοκοῦντες φίλοι οὐκ εἰσὶ, καὶ οὐ δοκοῦντες εἰσί· σοφοῦ δὲν ἐστὶ γιγνώσκειν ἕκαστον.

Multi amici videntur nec ſunt, & alii haud ſic exiſtimati, ſunt tamen. Sapientis eſt igitur utroſque diſtinguere.

Ser. CLII. Νεότης πονεῖν οὐκ ἐθέλουσα, πρὸς τὸ γῆρας κακοπραγεῖ.

Adoleſcentia laborare renuens in ſenectute miſeriis conflictatur.

Ser. CLVI. Οὐ τὸ κολάζεσθαι ἐνταῦθα κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἄξιον τοῦ [a] ἐκεῖσε γλύεσθαι κολάσεως.

Non adeo hic puniri malum, ſed ſupplicio iſthic infligendo dignum fuiſſe.

Ser. CXXV. Ἐλπίδα ὁ θεὸς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐγκατέσπειρεν, ἵνα ἔχοντες συμφυὲς παραμύθιον ἐπελαφρύνωνται τὰς ἀνίας οἱ μὴ ἀνίατα δεήσαντες.

Deus in humano genere ſpem inſeminavit, ut qui non inſanabiliter deliquêrunt, conſolatione cognata inſtructi, dolores ſuos leniant.

[t] ἁπλότητα] Scribe ἀφιλότητα. Heſych. v. ἀφιλὴς, ἀσυνής. Vide Etymol. Mag. v. ἀφιλής.

[v] ἐπαναστάσεις] Melius ἐπαναλάσεις. Sæpius peccant librarii in iſtis vocibus exſcribendis. Similiter Philonem emendavimus lib. de Dei Immutab. p. 302. & de Vit. Moſ. lib. I. p. 617. Vide dicta ad p. 317.

[x] αἰσίῳ] Forſan ὁσίᾳ.

[z] γιγνώσκειν] Forſan ἀναγιγνώσκειν.

[a] ἐκεῖσε] Pœnas ergo damnatorum in ſæculo futuro aſtruit Philo.

Voluptas videtur lenis quidam esse motus, revera autem aspera deprehenditur, & sic est.

Ser. CLXXXII. Δοκεῖ μὲν [b] λεῖα τις εἶναι κίνησις ἡ ἡδονὴ, τὸ δὲ ἀληθὲς, τραχεῖα ὑπάρχει καὶ ἐσί.

[b] λεῖα] Respicit vulgatam apud philosophos voluptatis definitionem. De quâ sic Clem. Alex. Strom. ii. p. 485. φασὶ δέ αὐτὴν τὴν ἡδονὴν κίνησιν λείαν καὶ προσῳδόν. Vide Philon. de Agric. p. 307. & de Posterit. Cain. p. 240.

---

## Ex Anonymi Collectione Florilegâ. MS. Barocc. N° 143. in Bibliotheca Bodleiana Oxonii.

### PHILONIS.

CONSTANTIA erga amicos integræ morum stabilitatis est indicium. Quapropter primum decet explorare, dein in amicitiam consentire. Postquam enim amicum adeptus es, quævis onera quæcunque animam non prorsus degravant, unà ferre congruum est, nec à conjunctione recedere. Verus enim discordiæ autor cum plurimos lateat, communem infert ambobus calumniam, & sæpius innocenti quam ei qui in culpa est.

Ex arcanis ea quæ virtutem augent cum amicis communica; quæ vero animum pravum produnt, neque tu sequere, neque amicis committito.

Hominum vita mari quam simillima, fluctuationes & conversiones recipit, tum in rebus prosperis * Nihil enim mortale est fixum, sed huc & illuc volvitur, velut navis à ventis contrariis in mari jactata.

Vereamur non morbum externum, sed delicta illa ex quibus morbus provenit: morbum scilicet animæ non corporis.

Insipiens omnis angustiis conflictatur, à pecuniæ gloriæ & voluptatis & reliquorum similium studio oppressus, quæ quidem non sinunt animum in latitudine degere.

Medicorum filii temperantiam habitudinis bonæ in corpore matrem esse docuerunt, de animæ sanitate parum soliciti. Nos vero non eam solum temperantiam quæ excrementa corporea expurgat, pro sanitate verissimâ agnoscimus, multo autem magis eam quæ affectus animam corrumpentes eximit.

Consuetudo inveterata natura est firmior, & res exiguæ non cohibitæ, florent & crescunt, in magnitudinem auctæ.

[c] ὅλης] Forsan καλῆς.
[d] καθέλκον] Scribe καθέλκοι.
[e] φαύλοις] Ex Contextu videtur scribi debere φίλοις.

### ΦΙΛΩΝΟΣ.

Περὶ Φίλων.

Ἡ πρὸς τοὺς φίλους βεβαιότης τ[ὸ] [c] ὅλης ἐσὶ τῶν ἠθῶν διαθέσεως σημεῖον. Διὸ χρὴ πρότερον δοκιμάσαντα ὕτως συναινεῖν εἰς φιλίαν. Μετὰ γὰρ τὸ κτήσασθαι φίλον, ἅμα μὴ φέρειν τὰ βάρη ὅσα μὴ ψυχῇ [d] καθέλκον, καὶ μὴ διάσασθαι τ[ὸ] συναφείας. Ἀγνοήμων γὰρ τοῖς πολλοῖς ὁ τ[ὸ] διαστάσεως αἴτιος, κοινὴν καταγορίαν ἀμφοῖν, πολλάκις δὲ καὶ ἀναιτίῳ μᾶλλον ἢ αἰτίῳ εἴωθε προσῆκαι.

Τῶν ἀπορρήτων ἃ μὲν τῇ σῇ ἀρετῇ αὐξάνει κοινώνει τοῖς [e] φαύλοις· ἃ δὲ τῇ γνώμῃ φαυλίζει, μήτε αὐτὸς μετέρχου, μήτε τοῖς φίλοις ἀνατίθη.

Ὁ τ[ὸν] ἀνθρώπων βίος ὁμοιότροπος πελάγει, κυματώσεις καὶ τροφὰς παντοίας προσεπιδέχεται, [f] καταί τε ὑπεροχίας. Ἴδρυται γὰρ οὐδὲν τ[ῶν] γηγενῶν, ἀλλ' ὧδε κἀκεῖσε διαφέρεται, οἷα πλάτος θαλαττεύειν ὑπ' ἐναντίων πνευμάτων.

Περὶ Ἁμαρτίας.

Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλ' ἁμαρτήματα δι' ἃ ἡ νόσος· νόσον ψυχῆς οὐχὶ σώματος.

Περὶ Λύπας.

Στενοχωρεῖται πᾶς ἄφρων, θλιβόμενος ὑπὸ φιλαργυρείας, καὶ φιλοδοξίας, καὶ φιληδονίας, καὶ τ[ῶν] ὁμοιοτρόπων, ἅπερ οὐκ ἐᾷ τὴν διάνοιαν εὐρυχωρεῖν.

Περὶ Γαστριμαργίας.

Τὴν εὐταξίαν μητέρα τ[οῦ] κ[αλοῦ] σῶμα εὐεξίας ἰατρῶν παῖδες ἐδοκίμασαν, τ[οῦ] κ[αλοῦ] ψυχὴν ὑγιείας ἤκιστα φροντίσαντες. Ἡμεῖς δὲ [g] τὰς τ[ῶν] σωματικῶν περιττωμάτων ἀναιρετικὴν τιθέμεθα μόνον εὐταξίαν· πολλῷ δὲ μᾶλλον τὴν τ[ῶν] ψυχοφθόρων παθῶν καθαιρετικὴν ὑγιείαν ἀληθεστάτην γνωρίζομεν.

Περὶ Σωφροσύνης καὶ Ἔθους.

Ἐγχρονίζον ἦθος φύσεως κραταιότερόν ἐσιν, καὶ τὰ μικρὰ μὴ κωλυόμενα φύεται καὶ ἐπιδίδοται, πρὸς μέγεθος αὐξάνοντα.

[f] καταί τε ὑπεροχίας] Deesse videtur καὶ τὰς δυσπραγίας.
[g] τὰς;] Scribe τὴν.

# Ex Catenâ Inedita Cod. Reg. N° 1825. in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi.

Φίλωνος Ἑβραίου. Ad Gen. vi. 7.

ΔΙΑ τί ἄνθρωπον ἀπειλῶν ἀπαλεῖψαι, καὶ τὰ [a] ἄλογα προσδιαφθείρει; Διότι δι' προηγουμένως δι' ἑαυτὰ γέγονε τὰ ἄλογα, ἀλλὰ χάριν ἀνθρώπων, καὶ τούτων ὑπηρεσίας· ὧν διαφθειρομένων, εἰκότως κἀκεῖνα συνδιαφθείρεται, μήκετ' ὄντων δι' ἃς γέγονε.

*Philonis Hebræi.*

CUR hominem delere interminatus, animalia etiam bruta inſuper diſperdit? Quoniam animalia bruta non primariò propter ſe ſunt condita, ſed hominum gratia miniſteriique quod ipſis præbent; quibus adeo exſtinctis, merito & illa diſperduntur; cum ii quorum gratia ſunt condita, eſſe deſierint.

Τοῦ αὐτοῦ. Gen. xvii. 14.

Οὐδὲν τῶν ἀκουσίων ἔνοχον ὑποφαίνει ὁ νόμος, ὁπότε καὶ τῷ φόνου ἀκούσιον δράσαντι συγγινώσκει. Τὸ δὲ [b] ὀκτὼ ἡμερῶν μὴ γένησιν βρέφος, εἰ μὴ περιτέμνει, τί ἀδικεῖ, ὡς καὶ θανάτου τιμωρίαν ὑπομένειν; Ἔνιοι μὲν ἔν φασιν ἀναφορικὸν εἶναι τὸ τῆς τιμωρίας τρόπον ἐπὶ τοὺς γονεῖς, καὶ σκαιότητος οἷον δεινῶς, ὡς ὠλιγωρηκότας τοῦ τοῦ νόμου παραλύσεως. Ἔνιοι δέ, ὅτι [c] ὑπερβολῇ χρώμενον, καὶ τὸ βρέφος ὅσα τῷ δοκεῖν, ἠγανάκησεν· ἵνα τοῖς τελείοις καταλύσασι τὸν νόμον, ἀπαραίτητος ἐπάγῃ τιμωρία. Οὐκ ἐπειδὴ τὸ ἔργον τοῦ περιτομῆς ἀναγκαῖον, ἀλλ' ὅτι ἡ διαθήκη ἀθετεῖται, τὸ σημεῖον δι' οὗ γνωρίζει, μὴ πληρωμένου.

*Ejuſdem.*

Nihil involuntarium eſſe culpabile lex ſtatuit; ſiquidem cædis involuntariæ reo ignoſcit. Infans vero octo dierum poſt partum, ſi non circumcidatur, quid tandem adeo delinquit, ut mortis pœnæ ſit obnoxius? Nonnulli quidem dicunt iſtam ſupplicii rationem ad parentes referri, eoſque graviter puniri exiſtimant, utpote legis præceptum negligentes. Alii vero, quod exempli formam uſurpans ſpecie tenus contra infantem exarſerit, ut maturis jam legem violantibus inevitabilis pœna infligatur; non quod opus ipſum circumciſionis ſit neceſſarium; ſed quoniam pactum reſcinditur, cum ſignum, per quod dignoſcitur, non adimpleatur.

Τοῦ αὐτοῦ. Gen. xix. 23.

Διὰ τί ἐξῆλθεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ; Καὶ φησίν· ὁ αὐτὸς χρόνος γίνεται καὶ τοῖς προκόπτουσιν εἰς σωτηρίαν, καὶ τοῖς ἀνιάτως ἔχουσι πρὸς κόλασιν· ἐν ἀρχῇ [d] δὲ ἡμέρας δίδυς ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, τὴν δίκην ἐπάγει· βουλόμενος ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἥλιος καὶ ἡμέρα καὶ φῶς καὶ ὅσα ἄλλα ἐν κόσμῳ καλὰ καὶ τίμια, μόνοις ὀπαδοῖς τοῖς ἀγαθοῖς, φαύλῳ δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀθεράπευτον κακίαν ἐχόντων.

*Ejuſdem.*

*Quâ de causâ Sol egreſſus eſt in terram, & Lothus ingreſſus eſt in Segor?* Et reſpondet: Idem tempus occurrit proficientibus ad ſalutem, & inſanabiliter peccantibus ad ſupplicium: & diei initio, ſole jam exorto, judicium exequitur; iſtud ſignificare cupiens, quod ſol & dies & lux, & quæcunque alia in mundo præclara ſunt & precioſa, viris bonis ſolummodo diſtribuuntur, nulli vero ex improbis inſanabili nequitia laborantibus.

Τοῦ αὐτοῦ. Gen. xxvii. 24—27.

Κατάσκοποι μᾶλλον ἢ ἔναυλοι γενησόμενοι, καὶ πρὸς ἑκάτερον παρεσκευασμένοι. πόλεμον μὲν, εἰ ἀσθενοῦντα κατίδοιεν· εἰρήνην δὲ, εἰ δυνατώτερον αὐτῶν.

*Ejuſdem.*

Speculatores magis quam fœderati futuri, atque ad utrumque parati: ad bellum, ſi infirmum conſpiciant, pacem vero, ſi potentiorem.

[a] ἄλογα] Forſan reſpicit huc Theodoretus in locum, ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἄλογα τὰ χάριν τῶν ἀνθρώπων ἔπλασε διαπαντὸς γενέσθαι, καὶ ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις συναπόλλυται, &c. Ambroſius lib. de Noe cap. iv. tantum non exſcripſit, *Quid laſerant irrationabilia? Sed quia propter hominem illa facta erant, eo utique deleto propter quem facta ſunt, conſequens erat ut etiam illa delerentur, quia non erat qui his uteretur.*

[b] ὀκτὼ ἡμερῶν] D. Ambroſius de Abraham, lib. ii. *Grave enim putatur quod infanti octo dierum negligentia parentum fraudi eſſet futura, ita ut interiret anima ejus, cum ipſa lex etiam homicida civitates præſcripſerit, ad quas confugiendo mereatur ſanguinis impunitatem. — Unde aliqui putant quod de parente dicat exterminando, quod ejus intereat anima, non parvuli.*

[c] ὑπερβολῇ] Melius forſan περιβολῇ.

[d] δὲ] Scribe δή.

*Ejuſdem.*

Hæc ſunt pacta quæ fecerunt; ne futuris temporibus ab Iſraelitis interficiantur, ſicut gentes reliquæ, Philiſtæi; quos quidem ſcriptura ſacra alibi Chananæos, alibi vero Cappadoces
Amos ix. 7. appellat. Poſtea vero Cappadoces tranſmigrârunt.

*Ejuſdem.*

Non propter laudationem: neque enim ſapiens ille adulationem vel quodvis aliud obſequium admittit: verum probatâ eorum pœnitentiâ.

*Ejuſdem.*

Cum duo eſſent filii, bonus quidem alter, alter vero delicti reus, iſti tamen reo benedictionem largiturum ſe dicit. Non quoniam hunc bono potiorem habet, ſed quod illum noverat per ſe ipſum poſſe bene rem gerere, hunc vero moribus propriis debellatum, nec aliquam ſpem ſalutis habentem præter Patris preces; quarum ſi non eſſet compos, omnium utique foret miſerrimus.

*Ejuſdem.*

Quinetiam decet tum matris benevolentiam admirari, pollicentis pro illo excepturam ſe execrationes, tum filii in utroſque obſequium. A pietate enim erga alterutrum in divorſum trahitur. Patrem enim veritus eſt, ne videatur impoſtorem agere, alteriuſque proœmium ſubripere: matrem vero, ne & ei flagitanter inſtanti minus dicto videretur audiens. Unde cautè admodum & ſanctè dicit, non pater me execrabitur, ſed *ego execrationem in meipſum adducam*. Fretus enim erat Dei promiſſo quo dictum eſt, *major minori ſerviet*. Contra autem veritus eſt ut homo, ne forte benedictio patris ut viri juſti, Dei ſententiam immutaret.

*Ejuſdem.*

Non ideo acerbè tulit, quod ipſe benedictionem non aſſequeretur, ſed quod frater ea dignus haberetur. Pro invidiâ enim, iſtius damnum commodo proprio ſtudioſè anteponit. Hoc enim ſignificatur ex eo quod *valde & amare ingemiſceret*, atque dictis adderet, *benedic vero etiam mihi, pater*.

*Ejuſdem.*

Quod ſi cum dolo accepit, quivis poteſt dicere non laudandus eſt. Quid ergo dicit: *Sed benedictus erit*. Verum dicto iſto videtur ſignificare, non omnem dolum eſſe culpabilem; ſi-

e οὐδίξασθ] Forſan οὐδέξασθ.
f ἄξω] Textus ἐπάξω.

Τῆ αὐτῆ. Gen. xxvi. 28, &c.

Αὗται αἱ ζωυθῆναι ἃς ἐπείησαν, μὴ ἀναιρεθῆναι, καθάπερ καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, τὰς Φιλισταίους ὕστερον ἀφ' ἑτέρων Ἰσραηλιτῶν. Οὓς ἡ θεία γραφὴ ποτὲ μὲν Χαναναίους καλεῖ, ποτὲ δὲ Καππάδοκας. Ὕστερον δὲ Καππάδοκες μετῴκησαν.

Τῆ αὐτῆ. Ibid. ℣ 30.

Οὐ διὰ τὸ ἔπαινον· ὁ γὰρ κολακείαν ἢ τινα ἄλλην θεραπείαν ὁ ζοφὸς ἀσπάζεται, ἀλλ' ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν μετάνοιαν.

Τῆ αὐτῆ. Gen. xxvii. 6, &c.

Δυοῖν ὄντων τῶν υἱῶν, τῆ μὲν ἀγαθῆ, τῆ δὲ ὑπαυτίᾳ, τὸν μὲν ὑπαίτιον εὐλογήσειν φησίν· οὐκ ἐπειδὴ τῆ ἀγαθῆ προκρίνει τοῦτον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνον οἶδε δι' αὑτῆς καλλιθῆναι δυνάμενον, τοῦτον δὲ πρὸς ἰδίοις τρόποις ἀλισκόμενον, μηδεμίαν δὲ ἔχοντα σωτηρίας ἐλπίδα, εἰ μὴ τὰς εὐχὰς τῆς Πατρός· ὧν εἰ μὴ τύχοι, πάντων ἂν εἴη κακοδαιμονέστατος.

Τῆ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 11, &c.

Ἄξιον δὲ τὴν μητέρα τῆς εὐνοίας θαυμάσαι, τὰς καταράς ὁμολογήσαν ἐκδέξασθαι τὰς ὑπὲρ ἐκείνου, καὶ τὸν μὲν εἰς ἀμφοτέρους τιμῆς. Ἀνθέλκεται γὰρ ὑπὸ τοῦ πρὸς ἑκάτερον εὐσεβείας. Τὸν μὲν γὰρ Πατέρα ἐδεδιει, μὴ δόξῃ φενακίζειν, καὶ ὑφαρπάζειν ἑτέρου γέρας, τὴν δὲ μητέρα, μὴ καὶ ταύτης νομισθῇ παρακούειν λιπαρῶς ἐγκειμένης. Ὅθεν ἄγαν εὐλαβῶς καὶ ὁσίως φησιν· ἐπ' ὁ Πατήρ με καταράσεται, ἀλλ' ἐγὼ τὰς καταράς ἐπ' ἐμαυτὸν [f] ἄξω. Ἐθάρρει μὲν τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ θεοῦ τῇ λεγούσῃ, ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Πάλιν δὲ ἐφοβεῖτο ὡς ἄνθρωπος, μήπως ἡ εὐλογία τοῦ πατρὸς ὡς δικαίου, μεταθήσῃ τὴν ἀποφασιν τοῦ θεοῦ.

Τῆ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 30, &c.

Οὐκ ἐπὶ τῷ μὴ τυχεῖν τῶν εὐλογιῶν ἅτω δυσχεραίνει, ὡς ἐπὶ τῷ τὸν ἀδελφὸν [ff] αὐτῆ ἀξιωθῆναι. Βάσκανος γὰρ ὢν, ἐπιμελέστερον προκρίνει τὸ ἰδίας ὠφελείας τοῦ ἐκείνου ζημίαν. Ταῦτα γὰρ ἐμφαίνει διὰ τοῦ μέγα καὶ μικρὸν ἀνειμῶξαι, καὶ ἐπιλέγειν, εὐλόγησον δὴ κἀμὲ, Πατέρ.

Τῆ αὐτοῦ.

Ἀλλ' εἴγε μὴ δόλῳ ἔλαβεν, εἴποι τις ἄν, οὐκ ἐπαινετός. Τί οὖν φησι; Καὶ εὐλογημένος ἔσται. Ἀλλ' ἔοικεν αἰνίττεσθαι διὰ τοῦ λεχθέντος, ὅτι ὁ πᾶς δόλος ὑπαίτιός ἐστι. Ἐπεὶ καὶ

ff αὐτῆ] Melius, ut videtur, αὐτῇ, ſcil. εὐλογιᾷ.

λητὰς

λῃτὰς νυκτοφύλακες καὶ πολεμίους στρατηγοὶ, ὡς ἀδόλως ζυλλαβεῖν οὐκ ἔστιν, ἐνεδρεύοντες, καλοῦ θεῖν δοκοῦσι. Καὶ τὰ λεγόμενα στρατηγήματα πιστὸν λόγον ἔχει· καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν ἀγωνίσματα. Καὶ γὰρ ἡ ἐπὶ [ff] τούτῳ ἡ ἀπάτη νενόμισαι τίμιον· καὶ οἱ δι' ἀπάτης περιγιγνόμενοι τῶν ἀντιπάλων, βραβείων ἀξιοῦνται καὶ στεφάνων. Ὥστε ἀλαζονὴ τὸ μὴ δόλῳ, ἀλλ' εἰκῶμιον, ἰσοδυναμοῦν τῷ μὴ τέχνης. Οὐδὲν γὰρ ἀτεχνῶς πράττει ὁ σπουδαῖος.

quidem & vigiles latronibus, & duces hoſtibus quos nequeant palam intercipere, inſidias tendentes, rem bene gerere exiſtimantur. Quinetiam ſtratagemata ſic dicta talem habent rationem, atque athletarum certamina. Fraus enim in his adhibita in honore habetur, & qui fraude iſta adverſarios ſuperant, præmiis & coronis honorantur. Quapropter cum dolo agere non tam calumniæ quam encomii eſt loco, tantundemque valet ac ſi diceretur, cum arte. Neq; enim vir egregius quicquam ſine arte peragit.

Τὸ αὐτοῦ. Exod. xx. 25.

Τί ἐστι τὸ ἐγχειρίδιόν σου καὶ τὰ ἐξῆς. Οἱ τὴν φύσιν παρεγχειρεῖν πολμῶντες, καὶ τὰ ἔργα τῆς φύσεως ἐγχειρήμασιν ἰδίοις μεταμορφοῦντες, τὰ ἀμίαντα μιαίνουσι. Τέλεια γὰρ καὶ πλήρη τὰ τῆς φύσεως, προσθήκης ἀδεμιᾶς δεόμενα.

*Ejuſdem.*

Quid vero eſt, *gladius tuus* & quæ ſequuntur. Qui naturam attentare audent, ſuiſque molitionibus naturæ opera transformare, impolluta contaminant. Naturæ enim res perfectæ ſunt & plenæ, nec cujuſquam acceſſionis indigentes.

Τὸ αὐτοῦ. Exod. xxii. 19.

Ἐμφανίσαι παρέσησιν ὅτι προσήλυτός ἐστιν, οὐχ ὁ περιμηθεὶς τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλ' ὁ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰ ἄλλα πάθη τῆς ψυχῆς. Ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τὸ Ἑβραῖον γένος οὐ περιτέτμητο, κακωθὲν ἐν πάσαις κακώσεσι τῆς παρὰ τῶν ἐγχωρίων περὶ τοὺς ξένους ὠμότητος, ἐγκρατείᾳ καὶ καρτερίᾳ ζωτικῇ. Οὐκ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ἑκουσίῳ γνώμῃ, διὰ τὴν ἐπὶ τὸν ζωτῆρα θεὸν καταφυγὴν, ὃς ἐξ ἀπόρων καὶ ἀμηχάνων, ἐπιπέμψας τὴν ἐνεργέτιν δυνάμιν, ἐρρύσατο τοὺς ἱκέτας. Διὰ τοῦτο προσίθησιν, ὑμεῖς γὰρ οἴδατε τὴν ψυχὴν τοῦ προσηλύτου. Τίς ἡ προσηλύτου διάνοιά ἐστιν; Ἀλλοίωσις τῆς πολυθέου δόξης, [g] οἰκείωσις τοῦ πρὸς τὸν ἕνα καὶ πατέρα τῶν ὅλων τιμῆς· δεύτερον ἐπήλυδας ἔνιοι καλοῦσι τοὺς ξένους. Ξένοι μὲν καὶ οἱ πρὸς τὴν ἀλήθειαν αὐτομοληκότες, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ξενιτεύσασιν. Οὗτοι μὲν γὰρ ἐπήλυδες χώρας, ἐκεῖνοι δὲ νομίμων καὶ ἐθῶν εἰσι· τὸ δὲ ὄνομα κοινὸν ἑκατέρων ΕΠΗΛΥΔΩΝ [h] ἐπιγεγράφεται.

*Ejuſdem.*

Manifeſto oſtendit, quod proſelytus eſt, non qui præputio, ſed qui voluptatibus & cupiditatibus & reliquis animæ affectibus circumciditur. In Ægypto enim gens Hebræa non circumciſa eſt, ſed omnibus vexata afflictionibus ab indigenarum adverſus hoſpites immanitate, continentiam tamen & fortitudinem exercebat; neque id magis ex neceſſitate quam lubente animo propter perfugia ad Deum ſervatorem, qui benefica potentia immiſſa, ex rebus dubiis & difficilibus liberavit ſupplices. Propterea adjungit: *Vos enim noviſtis animam proſelyti.* Quænam vero eſt proſelyti anima? Averſio à ſententia quæ plures Deos aſtruit, & conjunctio quædam familiaris cum unico illo & univerſorum patre. Quid vero ſecundum? Nonnulli advenas hoſpitum titulo appellant. Sunt autem hoſpites quicunque ad veritatem transfugêrunt, eadem ratione cum *Iſraelitis* in Ægypto peregrinantibus. Iſti enim regionis quidem erant advenæ, hi vero legum & rituum. Commune vero ADVENARUM nomen utriſque inſcribitur. Exod. xxiii. 10.

Τὸ αὐτοῦ. Exod. xxii. 22.

Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπείρηκε κακῶν, ἐξαιρέτου γὰρ προνοίας μεταδίδωσιν· ἐπειδὴ τοὺς ἀναγκαίους βοηθοὺς καὶ κηδεμόνας ἀφῄρηνται. Βούλεται γὰρ τῇ φυσικῇ κοινωνίᾳ [i] χρωμένους, τοὺς ἐκ τῶν ἐν οὐσίᾳ ἀναπληροῦσθαι.

*Ejuſdem.*

Viduam & orphanum vetuit affligere; eximiam enim curam eis impertitur: ſiquidem opitulatoribus & curatoribus neceſſariis privati ſunt. Id enim vult, communionem naturalem reſpiciens, ut indigentia à locupletibus ſuppeditetur.

Τὸ αὐτοῦ. Exod. xxiii. 1.

Μάταιόν, φησιν, ὅτε ἀκοαῖς ὅτε ἄλλῃ τινὶ τῶν αἰσθήσεων [k] προσιτέον. Ἐπακολουθοῦσι γὰρ τῷ

*Ejuſdem.*

Vanum, inquit, neque auditu neque ſenſu quovis alio admittendum eſt. Damna enim

[ff] τούτῳ ἡ] Scribe τούτων.

[g] οἰκείωσις ἢ τοῦ] Melius, ut opinor, τις. Mox pro τιμῆς, &c. Sic ſcribe & diſtingue, ὅλων. Τί μὴν δεύτερον; ἐπήλυδα, &c. Atque adeo ſic verto.

[h] ἐπιγεγράφεται] Quidni ἐπιγεγράφηται? Confer vero hæc cum Philon. de Monarch. p. 818. & Joſeph. cont. Appion. lib. ii. p. 1382.

[i] χρωμένους] Forſan χρώμενον, ſcil. *legiſlator*. Mox poſt τοὺς videtur deeſſe οὐσίας.

[k] προσιτέον] Scribe προσιτέον.

maxima fraudes ſequuntur. Quapropter a nonnullis legiſlatoribus interdictum eſt, auditu teſtari. Siquidem veritas aſpectu creditur, falſum vero auditu.

*Ejuſdem.*

Paupertas ex ſeipſa quidem ad egeſtatem ſupplendam miſericordiâ indiget: ad judicium vero adducta ab æqualitatis lege præmium recipit. Juſtitia enim res eſt divina nec muneribus obnoxia. Unde & alibi probè dictum eſt, judicium Dei juſtum eſſe. Deut. xxxii. 4.

*Ejuſdem.*

Pro eo quod non liceat fermentatum ſuper oblata poni, ſed omnia adducta vel in ſacrificium vel oblationem infermentata eſſe oportet, myſticè ſignificat duo quædam maximè neceſſaria: unum quidem, voluptatem aſpernandam eſſe. Fermentum enim alimenti condimentum eſt, non alimentum ipſum: aliud vero non licere quibuſvis attolli, ab opinione vanâ inflatis. Utrumque enim, tum voluptas tum vanitas, unius matris, deceptionis ſunt ſoboles.

Sanguis ſacrificiorum indicium eſt animæ Deo libatæ; miſcere vero quæ non ſunt admiſcenda non licet.

*Ejuſdem.*

Is modo memoratus angelus Dei vocem videtur ſignificare. Domini enim loquentis propheta eſt angelus. Neceſſarium enim eſt ut qui auribus audit, hoc eſt, qui dicta firmiter excipit, eadem opere perficiat. Opus enim ſermonis argumentum: ille vero & dictis obſequens, & conſentanea agens, pro ſocio & defenſore neceſſario habet præceptorem, diſcipulo ſuo ſpecie tenus opitulantem revera autem placitis ſuis & præceptis * * quæ adverſarii & hoſtes evertere ſtudent.

*Ejuſdem.*

Columnæ figuratè ſignificant dogmata, quæ ſtare & firmari videntur. Dogmatum vero erectorum quædam ſunt bona, quæque adeo erigi in altum & firmam habere manſionem convenit. Alia vero digna reprehenſione, quorum everſionem conficere ex uſu eſt. Iſtud vero, *evertendo evertes*, & *confringendo confringes*, talem habet ſenſum. Nonnulli quædam evertunt ut refecturi, & confringunt ut mox coaptaturi. Vult autem ut quæ ſemel deſtructa ſunt & confracta nunquam redintegrentur, ſed ut quæ bo-

Τῦ αὐτοῦ. Exod. xxiii. 6.

Πενία καθ' ἑαυτὴν μὲ ἐλέε χρήζει, εἰς ἐπανόρθωσιν ἐνδείας· εἰς ἣ κρίσιν ἰσῶσα βεβαιότητι χρῆται τῷ τ ἰσότητος νόμῳ. Θεῖον γὰρ ἡ δικαιοσύνη κ ἀδέκαστον. Ὅθεν κ ἐν ἑτέροις εὖ εἴρηται, ὅτι ἡ κρίσις τῦ θεῦ δίκαιά ἐστι.

Τῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 18.

Ἀντὶ τῦ, ὃ δεῖ ζυμωτὴν παρεῖναι ἐπὶ τῶν θυσιαζομένων, ἀλλὰ πάντα τὰ προσαγόμενα εἰς θυσίαν ἤτοι προσφορὰν ἄζυμα δεῖ εἶναι, αἰνίττεται διὰ συμβόλου δύο τὰ ἀναγκαιότατα· ἓν μέν, τὸ καταφρονεῖν ἡδονῆς· ζύμη γὰρ ἥδυσμα τροφῆς, ὃ τροφή· ἕτερον δέ, τὸ μὴ δεῖν [n] ἐπαίρεσθαι φυσωμένους ὑπὸ κενῆς οἰήσεως. Ἀνίερον γὰρ ἑκάτερον, ἡδονή τε κ οἴησις, μητρὸς μιᾶς, ἀπάτης, ἔγγονα.

[o] Τὸ αἷμα τῶν θυσιῶν δεῖγμα ψυχῆς ἐστι σπενδομένης θεῷ, μιγνύναι δὲ τὰ ἄμικτα, ὐχ ὅσιον.

Τῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 20.

Φωνεῖ θεῦ τ πρὸ μικρῦ λεχθέντα ἄγγελον ὑπονοητέον μεμυῆσθαι. Τῦ γὰρ λέγοντος ὁ προφήτης ἄγγελός κυρίε ἐστίν. Ἀνάγκη γὰρ τ ἀκοῇ ἀκόουντα, τυτέστι, τ τὰ λεγόμενα βεβαίως παραδεχόμενον, ἔργοις ἐπιτελεῖν τὰ λεχθέντα. Λόγε γὰρ πίστις, ἔργον· ὁ δὲ καὶ τοῖς εἰρημένοις καταπειθὴς κ ἐνεργῶν τὰ ἀκόλουθα, σύμμαχον κ ὑπερασπιστὴν ἐξ ἀνάγκης ἔχει τ διδάσκαλον, ὅσα μὲ τῷ δοκεῖν, βοηθήματα τῷ γνωρίμῳ, τὸ δ' ἀληθὲς, τοῖς αὐτῦ δόγμασι κ παραγγέλμασιν * * ἅπερ οἱ ἐναντίοι κ ἐχθροὶ βάλλον) καθαιρεῖν.

Τῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 24.

Στῆλαί εἰσι τὰ δόγματα συμβολικῶς, ἅπερ ἑστάναι κ ἐρηρεῖσθαι δοκεῖ. Τῶν δὲ καθεσταλτομένων δογμάτων, τὰ μὲ ἀσεβῆ ἐστιν, ἃ κ θέμις ἀναιρεῖσθαι κ βεβαίαν ἔχειν τινὶ ἵδρυσιν· τὰ δὲ ἐπίληπτα, ὧν τινὶ καθαίρεσιν ποιεῖσθαι λυσιτελές. Τὸ δὲ καθαιρῶν καθελεῖ, κ συμπέπτωκεν συμπέψει, πιθανὸν ὑποβάλλει νᾶν. Ἔνιά τινες καθαιροῦσιν ὡς [p] ἀναστήσαντες, καὶ συμπήγνυσιν ὡς αὖθις ἁρμοσόμενοι· βάλε) δὲ τὰ καθαιρεθέντα ἅπαξ κ συμπεπτωκότα μηκέτι τυχεῖν ἀνορθώσεως,

[l] ἀκοῇ] In lib. de Judice p. 719. ſcribitur ἀκολῷ, vide ibi dicta; Johan. Damaſcen. in Parall. ſacr. p. 754. & Anton. ſerm. xxii.

[m] πισσούμενον] Forſan πισσόμενον.

[n] ἐπαίρεσθαι] Eadem habet Noſter lib. de Sacrific. p. 852. & de Septen. p. 1193.

[o] τὸ αἷμα τ θυσιῶν] Hinc emendandus error in Græcis Codicibus Exod. xxiii. 18. οἱ θύσεις ἐπὶ ζύμῃ αἷμα θυμιάματος. Lectum à Philone θυσιῶν, vel θυμιάματος. Sicut etiam ſcribitur in Codice Alexandrino.

[p] ἀναστήσαντες] Scribe ἀναστήσοντες.

ἀλλ' εἰς ἅπαν ἠφανίζῃ τὰ ἐναντία τοῖς ἀγαθοῖς καὶ καλοῖς.

nis & præclaris ſunt contraria in perpetuum exterminentur.

Τοῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 28.

Σύμβολον δὲ ὑποληπτέον εἶναι τὰς ζφῆκας ἀνελπίστου δυνάμεως θείᾳ πομπῇ ζαλησομένης· ἥτις ἀφ' ὑψηλοτέρων καθ' ἅπερ τὸ ἄκρον ὑποφέρουσα τὰς πληγὰς, ἀσοχήσῃ πᾶσι τοῖς βλήμασι, καὶ ἀβλαθεῖσα, οὐδὲν ἀντιπεσεῖται τῷ πεμφθέντι.

*Ejuſdem.*

Exiſtimandum eſt autem veſpas figuram eſſe potentiæ inſperatæ, Deo deducente immittendæ: quæ ex loco ſuperiore aurium extremitati ſubjiciens plagas, quovis ictu ſcopum attinget, maloque afficiens, nihil è contra ipſa patietur.

Τοῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 31.

Ταῦτα μὲν αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο, πειθομένοις αὐτῷ καὶ τὰ προσταχθέντα φυλάττουσιν. Ἐπειδὴ δὲ πεφεύγασι καὶ ἀπειθεῖς τοῦ θείου νόμου ἀπεδείχνυντο, ζωύστειλε τοῦτο ἐπαγγελίαν ἀπὸ Δὰν ἕως Βηρσαβεέ.

*Ejuſdem.*

Hæc quidem Deus illis pollicitus eſt ipſi obſequentibus & præcepta ſervantibus. Quandoquidem vero deprehenſi ſunt tranſgreſſores & legi divinæ inobedientes, contraxit promiſſum ſuum, *à Dan uſque ad Berſhebam.*

Τοῦ αὐτοῦ. Exod. xxiv. 9, 10.

Τὸ μὲν ῥητὸν διήγημα φανερὰν ἔχει τὴν ἀπόδοσιν, ὡς ἀπάντων σώων διαληφθέντων. Τὸ δὲ πρὸς ἀλήθειαν, τὸ πάντας περὶ τὴν οὐσίαν ζύμφρονας εἶναι, καὶ ἐν μηδενὶ τῶν ἀγαθῶν διαφωνεῖν.

*Ejuſdem.*

Hiſtoriæ ſenſus literalis effatum luculentum prodit, quaſi univerſis ſalvis conſervatis: ſenſus vero allegoricus, omnes ad pietatem eſſe concinentes, nec in quâvis re à bonis diſſonantes.

Τοῦ αὐτοῦ. Ibid. ℣ 10.

